indicaret: peccat mortaliter. Et tenetur illam restituere dāni: nisi dedisset v'l male indicaret: q̄ tunc tenetur dare paupib⁹. **¶** Itē de teste p̄ testimonio falso ferendo: q̄ peccat mortaliter: ⁊ tenet restituere. **¶** Si fecit iniūm in fraudē vsurariū: v'l notarius peccat mortalit. Et mercedē quā accepit d̄z pauperibus erogare. **¶** Si seruiuit vsurario i arte vsuraria: peccat mortalit: ⁊ si oīa bona vsurarij essent obligata restitutioni non posset retinere salariū: sed debet restituere creditozib⁹ vsurarij alias aut posset: sed illud d̄z dare pauperibus de honestate tñ non de necessitate: nisi ipse esset paup. **¶** Si recipit pecuniā pro turpitudine: v'l meretrix vel alia mala mulier debz illā pauperibus erogare: non tñ de necessitate: sed de cōsilio ⁊ honestate. **¶** Si quis facit aliquā artē vel artificij cuius vsus v'l plurimū est ad mortale v'l faceretaxillos vel chartas ⁊ h'mōi peccat mortaliter: nec debz absolui nisi dispōat illud dimittere. **¶** Licet v'ro ex hoc factū debet pauperibus dare ex cōsilio non precepto. Vide hāc materiā in. ij. parte sum. ii. j. c. xxij. §. xij. **¶** Si diebus festijs emit vel v'didit negociādo: nisi forte in nūdinis: v'l fecit contractus alias nō necessarios tunc vel scripsit: vel fecit aliquid manuale pro lucro vltra p̄m̄ s̄m aliquos debet illud licitū pauperib⁹ dare: ⁊ hoc potius videtur de honestate: q̄ de necessitate.

itate. ¶ Si tpe messu vel vinde
 miaz emit bladū vel vinū v' fru
 ctus: vt alio tpe vendat chari?
 nō eris talis rei negociator: ne
 q' ppter aliquē honestū finē: sed
 ppter cupiditatē: turpe lucrū ē
 non tñ tenet in aliquo. De hoc
 vide in. ij. pte sum. tit. i. c. xviij. §.
 xvi. ¶ Si accepit aliqd vt aliquē
 eligeret addignitatē aliquā tpa
 lē: vel officiū seculare: vel vendi
 dit hmōi officia secularia turpe
 lucrū est: nō tñ tenet ad restitu
 tionē aliquā. ¶ Si mercator: v'
 ali' portauit: v' portari fecit ser
 rū ligna: z quecūq' mercimonia
 ad terras infidelū nō habēs li
 centiā a sede aplica est excōica
 tus excōicatione, papali: tenet
 q' alias penas: vt habes in. iij.
 parte tit. xviij. c. xxx. per totū.
 Idē de dārib' in hoc auxiliū et
 cōsiliū. ¶ Si negociator: exercet
 negociatiōes nō ad aliquē finē
 honestū: v' gubernatiōes fami
 lie: vtilitates p'ie z hmōi: s' prin
 cipalr ob immēsas cupiditatem
 cōmittit turpe lucrū: nō tñ tenet
 de necessitate dāi luc' paupib'
 s' vnā p'ē de p'silio z honestate.

¶ De ludo multiplici. Cap. v.

 Insit ad taxillos
 vel chartas: v' ad
 alium ludū fortune.
 Si vicit p' frau
 dē v' p' falso taxil
 los: vel mēdaciōse
 tenet illud q' sic vicit restituere
 amitēt: vltra mortale cōmissum
 nisi quid paruum. ¶ Si vicit ab
 eo: q' alicare nō potuit vt seruo:

religioso: v' ore: filios familias et
 huiusmodi: tenet restituere his
 qui habent curam illorum z est
 mortale: si est quid notabile: z si
 ex cupiditate acquirendi ludit.
 ¶ Si per multam importunita
 tem traxit alinz qui nō intende
 bat ludere: vel retinuit volentē
 recedere vltra mortale tenet illi
 si est quid notabile. ¶ Si acqui
 siuit seu vicit p' ludū hmōi in lo
 cis vbi prohibet ludus z māda
 tur fieri restitutio: sine legib' im
 perialibus: siue municipalib':
 z seruat: quātum ad vrrunq' d'z
 tunc fieri restitutio illi qui am
 sist. Secus si leges ille sunt abro
 gate p' h'ā consuetudinē. ¶ Si
 vicit p' ludū in alijs casibus exce
 ptis predictis nō tenet illi resti
 tuere qui amisit: q'ntis possit ele
 mosinaliter si sit paup' elargiri:
 sed d'z pauperib' erogare de ho
 nestate z p'silio: s' aliquos tenet
 de necessitate: q' tutius est. Nō
 opz tñ tales restringere ita ad
 certā restitutionē sicut in furtis
 vsura: z hmōi. Scdm vero Ray.
 sunt quedā p'fone q'bus indistin
 cte tenet quis restituere quicqd
 ab eis lucratus fuerit in alea et
 taxillo: nō ludo: v'z furiosi: pro
 digi: minores. xvj. annorum: et
 maxime pupilli. Item menteca
 pri: surdi: muti: ceci: z qui perpe
 tuo morbo laborant: q' tales re
 bus suis superesse: id est puidere
 nō possunt: ppter q' dādi sunt
 eis tutores et curatores. Idem
 videtur dicēdū de seruis: mona
 chis: z ceteris claustralib': z h'

Infamilias q̄ non hñt peculium
castrense vel quasi. ¶ Et de vxo
re q̄ nō habz bona parafernalia
z etiā de administratoribus rerū
ecclesiasticarū que sunt pan
perū: z de similibus personis tñ
tales pecunie nō sunt restituen
de eas perdētibz: sed tutori cu
ratorē: patri monasterio p̄ z dño
marito: ecclesie z hmōi. ¶ De re
stitutione taliū vide plenius in
summa in. ij. parte tit. i. ca. xxiij.
de restitutione ludi. ¶ De alijs
vero q̄ cōtingūt in ludis: vt frau
des: blasphemēte: amissio t̄pis: et
hmōi habes in alijs capitulis.
¶ De inquietudine circa tempo
ralia acquirēda z conseruāda.

Cap. vi.



S habuit imensaz sol
licitudinem circa hu
lusmodi t̄palia: z pro
pter hic dimisit aliqd̄
necessarium ad salu
tē: vt missam z huiusmodi: mor
tale est. Si vero non dimisit ne
cessaria: sed remissior fuit quo
ad spiritualia: veniale est. Si ha
buit nimiam sollicitudinem cir
ca hmōi ex parua cōfidentia au
xilij dei: in se non est mortale: s̄
videtur veniale: est tamen mul
tum impeditiuuz deuotionis et
aliozum bonozum spiritualiuz.
¶ De inhumanitate: retinēdi
tenaciter.

Cap. viij.



Avaricia in retinēdo
tenaciter: seu inhūa
niter nō faciēdo elee
mosynas corpales in
digentibz qñ pōt hoc

versu cōrinei. s. Visito poto cibo
redimo tego colligo cōdo. si ha
bens superflua quoad naturaz:
z quoad decentiam status sui p̄
se z familia sua: nō subuenit ne
cessitatibus alioz: etiam non ex
tremis: sed magnis quas nonit
mortale est. ¶ Si habens de su
persuo quoad naturā z nō quo
ad decentiā status pro se z fami
lia sua: non subuenit patientibz
extremā necessitatē quos nonit
mortale cōiter iudicatur. sed hic
oportet multa cōsiderare ad bñ
intelligēdū. Vide de hoc in. ij.
parte sum. tit. i. c. xxiij. §. iij. z. v.
¶ Si non subuenit indigentibz
de industria z arte sua cum po
tuit vt medicus medendo z vif
tādo infirmos pauperes sine sa
lario: aduocatus in aduocando:
procurator in procurando: z hu
iusmodi videtur mortale. Si q̄s
nō subuenit pauperibus nō ne
cessitates extremas patientibz
cū posset: vel tardauit dare: z ex
asperauit pauperes: veniale est.
¶ Si parauit pauperibz nimis
sumptuosa vel nimīū questuāri
bus sine cā vrgēte vel vrētibz
male eleemosynas peccatū ē po
tius q̄ meritū. ¶ Si laborātibz
pro eo in quocūqz ministerio ni
mis distulit dare eis mercedem
vltra conventiones factas cum
tamen possit soluere: posset esse
mortale: si incurreret graue dā
num vel scandalum. Idem si ali
quid defraudauit.
¶ De auaricia amandi res inoz
dinate.

Cap. viij.



Mota q̄ si q̄s res etiā
iuste acq̄sitas ita ior
dinate amat. vt inhe
reat eis vt fini: cuius
signū est q̄n̄ propter
eas nō amittēdas esset parat⁹ fa
cere p̄ aliq̄d p̄ceptoz dei peccat
mortalr q̄: plus diligit creaturā
q̄ deū. ¶ Si aut̄ nullo mō vellet
facere p̄ salutē suā p̄pter hmōi
tpalia: q̄uis inordinate afficiat̄
seu amet ea veniale est.

De prodigalitate cōtraria
anaricie. Cap. ix.

Sup̄stine expēdit suā sub
stātia vel edificijs sūptuo
sis vl̄ in eq̄s: vel in vniūis
deliciosis: vl̄ frequētib⁹: vl̄ pale
stris: vel ludis: vel ornamētis: vl̄
turpitudinib⁹: et p̄cipue mulie
rū: vel i encenūis vel histriōib⁹ et
hmōi peccatū ē: et q̄n̄ est notabi
lis excessus s̄ ē sine cōsensu. ē ve
niale: vel nullū etiam de re nota
bili s̄m proportionez sui stat⁹: ē
mortalē: als in modico est venia
le. Descendere aut̄ ad partienla
ria: puta determinare quando ē
mortalē vel veniale: non de fa
cili potest dari iudicium certum
a quo cognoscatur.

De inuidia que est secundum
vicium capitale: et eius species.
et habet capi. iiii.

Cap. i.



Inuidia est tristitia
de alieno bono inq̄
si cōsiderat̄ vt dimi
nutinū pp̄ue excellē
tie: et si sit ex cōsensu
rationis mortale est: nisi esset de

aliqua re parua: sicut p̄uer q̄ in
uidet alteri puero q̄ habeat plu
res fruct⁹ et hmōi. ¶ Si sit s̄m
motū sensualitatis: et cū displicē
tia rōnis est veniale: vel nullū ē
de re notabili. Interrogādū est
s̄m statū de hmōi inuidia. s̄ si p̄
lat⁹ alteri p̄lato inuidet de maio
ri p̄lacione vel dignitate. Si est
officialis: de maiori et digniori of
ficio. si doctor: de maiori scia: et
p̄cursu. si scolaris: de acutiore in
genio alterius scolaris. si cuius
de maiori honore et reputatio
ne alteri. si spiritalis: de maio
ri fama alterius. si mulier de al
terius marito: filijs ornamētis
pulchritudine et huiusmodi. Si
artifex: de artificijs artis sue et
lucro. et sic de alijs. si quis tamē
doler de bono proximi sui: nō ex
eo q̄ ille h̄z: s̄ de defectu suo: q̄
ipse illo caret: cōtē⁹ est t̄n̄ q̄ pro
xim⁹ habeat: nō p̄inet ad inuidiā
et s̄m si doleat de bono iimici: ex
hoc solum q̄ timer inde sibi no
cumētū: nō pp̄ue p̄inet ad inui
diā. Tho. ij. q. xxxvi. arti. ij.

De odio et alijs filiabus inui
die: et primo de odio. Cap. ij.



S habuit odium ad
deum quia flagella
uit eam: vel impedi
uit mala desideria
eius vel: alia de cau
sa mortale est. ¶ Si habuit odiū
ad proximum suum desiderans
malum eius: vt malum: et si est
malum notabile: quod ille ap
petit ratione deliberata morta
le est: siue malum sit in perso

na vel fama vel substantia: vel
alio modo. Secus autem si non
p̄sensit rōne: vel si quid multum
dānosuz. ¶ Si vero desiderauit
malū alteri⁹ videlz infirmitatez
in bonū ei⁹: vt. s. bon⁹ efficiat: vl
ne peior: vel ne alijs noceat, non
est odiū. Interrogādū ⁊ inuesti-
ganduz est hoc caute. Nam laici
oēs disciplinētia solēt appellare
odiū: q̄ tñ nō. est nisi dicto modo.
Itē odiū ⁊ vnū: reputāt r̄m vnū
pctm̄. Sed nota q̄ sicut in alijs
sic in isto. Quoties em̄ reuocādo
iniuriam mēu de nouo habuit
odiū ad illū cū p̄sensu rōnis to-
tius peccauit mortalr. Interro-
gādū est etiā de tpe. s. q̄stū p̄sene-
rauit ⁊ quō frequēter odit. Itē
q̄ dimittat oē odiū: s; nō opz im-
mo nō dz illi petere veniā quez
odit: si pctm̄ ē occultū: nisi pu-
blice cū x̄bis vl alijs modis of-
fēdisset. In. ij. pte sū. ti. viij. c. iij.
¶ De susurratione q̄ est ponere
dissentiōes inter amicos p̄pter
malā intentionē. Cap. iij.

Siquis inponere discor-
diā inter amicos vel
consanguineos dicēs
malū vni de altero vl
econtra: vel referens
studiose que possunt causare hu-
iusmodi: quia mortale est: ⁊ nu-
rus erga socrū: ⁊ socrus erga nu-
rū solēt his vacare. Si dixit ali-
qua verba: vnde orta est discor-
diā inter amicos vel consangu-
neos: sed nō hoc intendens sed
incaute: de se non est mortale: s;
poffet esse ratione scādali. ¶ Si

quis intendit dissoluerē malas
amicitias vel conuersionem ali-
cuius cū alijs ne decipiatur con-
gruis remedijs: nō est malū. Vi-
de. in. ij. pte sum. tit. viij. c. v.

¶ De exultatione in ardueris.
Capi. iij.

Si videns dāna euenire et
mala his quibus inidet vl
odiū habeat: letat delibe-
rato. aīo de malo illi⁹ mortale ē.
Secus autē si nō deliberato aīo.
Letari autē de malo inimici: non
in q̄stū malū ei⁹: sed in q̄stū nō po-
terit ei nocere: vel alijs iniuste et
oppumere pōt esse sine pctō.

¶ De tristitia in prosperis.
¶ De tristitia in p̄speris q̄ i hoc
differt ab inuidia: q; inuidia tri-
stat de bono p̄ximī: ⁊ p̄pter hoc
cogitat quō male habeat: ⁊ desu-
derat. sed p̄tingit sepe q̄ non pa-
tīat ille damna q̄ ei appetit: sed
magis p̄sperat ⁊ de hoc tristat:
⁊ est mortale vbi est cōsensus ra-
tionis. Vide in. ij. parte summe.
tit. viij. c. vi.

¶ De ira q̄ est tertiu vitū capi-
tale: ⁊ habet cap. ij. Cap. i.

Ira est appetitus vit-
dicte: ⁊ vitium capita-
le: ⁊ frequēter miscet
cū odio. Si p̄t ali-
quez defectū in se vel
in altero cōmissum desiderauit
vindictā sen punitionē quōcūq;
vt p se vel a deo. vel ab alio intē-
dens solū satisfacere aīo suo tra-
to: est mortale: qñ. s. solū intendit
punitionē p̄ter ordinē rōnis: si
notabile maluz est: ⁊ cū cōsensu

sonis: a se veniale: vt ira quoti-
diana in gubernatione familie.

¶ Si irat⁹ n seipsum ppter ali-
quē defectuz turbat cōtra se: ve-
niale est cōmuniter. **¶** Si irat⁹
cōtra deū ppter aliq̄s flagelluz
murmurat in corde v̄l ore impa-
tenter ferens: et potest esse mor-
tale et veniale: secundum modū
impatiente.

¶ De indignationibus et alijs fi-
lialibus ire. Cap. ij.



Si indignat⁹ cōtra ali-
quē nō valēs audire
eum vel videre repu-
tās eū indignum eo
q̄ sibi displicerit:
cui debnit fernire potius est ve-
niale cōmuniter. Et propter hoc
retinet sibi loquelam: vel aliud
signū oñdit displicētie: q̄ auferē
da sunt ppter scādālū primorū et
opinionē odij posset eē mortale.

¶ De timore mentis.

¶ Si excogitant diuersas vias
et modos ad vindicādū se de in-
iuria: et his iplicauit mentē cogi-
tationib⁹ altercatinis s̄m pces-
suz pōt esse mortale et veniale.

¶ De clamore.

¶ Si ex ira clamauit q̄ aliquem
inordinate et cōfuse et furiose lo-
quendo: est veniale cōiter.

¶ De contumelia.

¶ Si dixit alteri v̄ba cōtumel-
sa vel iniuriosa importatiua vitia
vel opprobria: a se iniuriā di no-
tabil: vt vocādo eū p̄diorē, vel
inhonestā p̄sonā: et dicēdo mala
de parētib⁹ et h̄mōimortale est.

¶ Si dixit v̄ba opprobriosa sa-

milie sue: vel discipulis: vel sibi
subditis cā correctiōis si sit mō
debito et honesto: ē sine pctō: vel
cōiter ē veniale: nisi ifamatorie
dicere: et seq̄ret scādālū magnū.
Vide. in. ij. pre sū. tit. vj. c. vj. §. ij.

¶ De blasphemia et maledi-
ctione creaturarum.

¶ Si blasphemauit a se desbe-
rato aliq̄e vt pcuteret tali ma-
ledictione in malū ei⁹ eēt morta-
le: nisi hoc affectaret in emenda-
tione ei⁹. Si nō hoc non deside-
rauit s̄m rōnē: sed s̄z subitū mo-
tū ire ei⁹: cui⁹ signū est: qz si hoc
p̄tingeret valde doleret sicut fit
a parentibus: cōiter veniale est.

¶ Si maledixit creaturas irra-
tionales: qz si fecit in detestatio-
nē creaturis: vel in damnuz dñi
ei⁹: est mortale: alias veniale et
ociosuz. **¶** Si blasphemauit ani-
mas defunctorū suozū parētū: v̄l
alioz hōim: videt mortale: qz vt
detur intēdere notabile malū.

¶ Irē cuz seipm maledixerit cū
impatētia. **¶** Si blasphemauit
diabolū malū est: qz ociosum sal-
tē. Vide de hac materia l. ij. pre
sum. tl. vj. c. v. §. ij. et. iij. De ma-
ledictione dei et sanctorū dicituz
est. s. in primo precepto.

¶ De rixa.

¶ De rixa p̄ quā ex ira scinnticē
hōies pcutiūt v̄z cū sit a se nō-
cēdi vel iniuriādi vt in adultis:
ē mortale: iicipiēte veniale. Idē
in p̄seq̄re a se vindicatio. sec⁹
si animo defendendi se tātū: vel
etiam ad exercitiū: vt pueri.

¶ De seditione.

De feditione q̄ est qñ vna pars ciuitatis surgit p̄tra aliā: ex pte ei⁹ q̄ iuste mouet: est mortale cū oib⁹ sequacib⁹ ei⁹: et tenet b̄ oib⁹ dānis inde secutis alteri p̄ri. Ex pte at̄ ei⁹ q̄ resistit feditioni iuste mote p̄tra se v̄l bonū ciuitatis: n̄ est s̄m se p̄t̄m: nisi misceat̄ odia et vindicationes: prout cōiter accidit. Qñ ex resistencia alteri p̄ri sequerent̄ m̄tra pericula et mala cedēdū est: alio nō euaderet m̄tra p̄t̄a q̄ i p̄liciu p̄riū sequerēt̄.

Si q̄s etiā ita partialis est: vt guelfus et gebelin⁹: seu alr p̄tialis: ita obstinato animo q̄ appetit exterminiu alteri⁹ p̄tis seu exiliū p̄ fas et nefas: parat⁹ etiā in malis sequi p̄tē suā: nō ē sine mortali: et in malo statu p̄ditionis

De hac materia vide in .ij. parte sum: tit. iij. c. viij. §. ij.

De bello:

Si quis mouet bellū iniustus mortali peccat: et ois qui dat auxilium p̄siliū et fauorem s̄l̄r peccat mortali. De dānis autē que ibi fiūt: et de restitutionibus: et quid sit iustum vel iniustu bellū vide in .ij. parte sum. tit. iij. c. ij.

De homicidio dictū est supra in .v. precepto.

De accidia que est quartū capitale vitium. et habet capi. v.

De eadem.

Cap. j.



Accidia importat tedium bene operadi.

Si ita cōtristatus et tediatus est q̄ habuit in horrorem bona diuina: et in abominationem

spūalia: et opa bona ad q̄ tenet: vt p̄cepta dei et ecclesie et hmōi qñ adest cōsensus rōnis est mortale. Sed si h̄ztalem motum tū s̄m sensualitatē cū displicentia rōnis: est veniale.

Si ita cōtristatus est de morte cōsanguinei vel alio casu q̄ penitet eū bñ fecisse: vt p̄ponit amplius nō bene facere mortale est.

Si ita p̄tristat q̄ vellet nūq̄ fuisse creatus a deo: seu nō esse nat⁹ in mūdo: vel esse sicut brutum animal vel mortuū quocūq̄ sine bñ sine male disposit⁹: dum modo hinc exiret talis tristitia cū p̄sensu rationis est mortale.

Si etiā ita cōtristatur de aliquo casu aduerso: q̄ incurrit grandē infirmitates p̄pter nimias tristitiam perdēs somnus dimittēs cibū et hmōi videtur mortale quando pōt se in tuare s̄ hmōi.

Si p̄tristatur ex p̄sideratiōe bonorū: que h̄nt: alij quib⁹ ip̄e est priuat⁹: vili p̄dēs ois sibi data a deo: et ide: sumēs tediū bñ operandi s̄m cōsensu rōnis: illa accidia est cōiter veniale: et in p̄sonis spūalib⁹ reperit̄.

Si cōtristatur ex hoc q̄ bona p̄posita: q̄ fecit sepe frangit: ex hoc incurrit tedium bñ operandi q̄ si sibi videatur nō posse perscere: accidia est in spūalibus incipientibus deo seruire.

Si ex frequētia tentationum artediatur in laborando et resistādo: veniale est si tamē resistat. In incipientibus p̄tingit sepe.

Si artediatur in bonis opib⁹: vel bene operando: audiēdo orando legē

do lectiones: vñ p̄dicatiōes: aut dicēdo offm̄ & h̄mōi: nō tamē dimittit de necessitate fēda cōmunitatē est veniale. & satis etiā in sp̄ialib⁹ rep̄it. si tristat n̄ de aliquo defectu maḡ ex eo q̄ apparet defectuosus corā hōib⁹: q̄ corā deo: accidia est. Et frequēter veniale p̄cedens ex supbia.

De filialib⁹ accidiē. Cap. ij.

De filialib⁹ accidiē: in quibus difficile est cognoscere: quando ibi sit pctm̄ mortale: nisi qm̄ miscetur cuz aliquo peccato: vt cū omittitur aliquod p̄ceptū nisi deprimat ita m̄c̄: q̄ tollat charitatē dei & p̄mit. **De desperatione.**

Si desperavit de m̄a dei estimās eū nō posse vñ nō velle ei parcere etiā reuerenti ad penitētiā: vel non posse abstinere a pctis cū ad iutorio dei: est mortale s̄m d̄aliberationē & r̄sensuz: se eius si s̄m aliquē impulsū tērationis. **Si desperavit se non posse euadere aliquas miseras mundi vel pericula: propter que decreuit se occidere: est mortale. Et si aliquid ad hoc fecit multo magis.**

De malicia.

Si contempsit diuina & sp̄ialia bona ex tristitia aggranante mentē mixta cū: accidia mortale est. **Spec. in. ij. parte sum. tit. ix. c. ij. §. ij. **Si autem cōtenneret et reuigeret ea: per que posset vitare pctm̄: q̄ tunc p̄ner. ad blasphemā in sp̄m̄ s̄m̄ vt infra dicitur. in. ij. c. de superbia.****

De pusillanimitate.

Si subtraxit se ab illis bonis ad que erat apt⁹ timore deficiēdi: vt a ieiunijs: ab ingressu religionis: a p̄latione iniuncta. ab officio p̄dicationis: & audientia cōfessionis iniuncte & h̄mōi est cōiter veniale: nisi esset p̄ceptum in eo quod dimittitur.

De rancore.

Si habuit displicentiam & tēdiū in corrigentes eum propter correctionem: est veniale: nisi illos odiret: & t̄c̄ odiū est mixtuz.

De ociofitate: que procedit ex tedio.

Si stetit ociosus: nihil boni operās corporale vel sp̄iale vñ de. amittit t̄ps̄ irrecuperabile: vñ de veniale: nisi ex ocio addatur aliq̄ vitium: q̄ frequenter accidit. & quāto tēpore stetit ociosus.

De corpore seu pigrizia bene operandi.

Si fuit tardus ad bene operā dū licz illud fecerit vt tard⁹ ad eccliam: ad orandū: ad elemosinas dādum & h̄mōi: cōiter est veniale nisi ex tarditate omitteret p̄ceptum: vt quia cito non subuenit patiēti extremā necessitatē cū tenet vt infirmo vñ sequit̄ mors & h̄mōi: tūc est mortale.

De euagatione mentis.

Si habuit distractionez mentis in orōne: & fuit in cā: vñ cū volūtate euagat: vel in audiēdo p̄dicationē & diuina: vel etiā extra diuina m̄te cogitant vana & inutilia: est cōiter veniale: nisi addat aliquod sp̄iale pctm̄: vel

si hoc faciat per totū offm̄ ad qđ obligatur ex precepto. Si audit nona: vel si loquitur inutilia: vel ex tedio mutat loca hinc inde: vñ distrahit sensus & mēbra: diversi mode: est veniale cōiter.

¶ De negligētia seu tepeditate que est remissio voluntatis circa ea que debet facere. Cap. iij.

In hac quotidie oēs offendunt: s; venialit̄ nisi omittat aliqđ necessarium. si fuit negligēs circa opera inie spūalia q̄ hoc vsu prinēt. Cōsule castiga dimitte solare fer ora.

¶ No. q̄ sub psule cōprehendit doctrina. i. docere ignorātē: p̄cipue ad salutem vñ illa. **¶** Si fuit negligēs ad adiscendum necessaria ad salutem: vt p̄cepta dei & ecclie gñalia: q; hmoi ignorātia nō excusat: vel ad eundū ad predicationem. & vñle est iniungere idiotis vt p̄dicatōes aliquas audiant. **¶** Si fuit negligēs ad procurandum sacramēta sibi & sue familie. Et si ex negligentia & dilatione mortua est proles: si ne baptismo: est mortale. **¶** Si i firmus mortuus est sine cōfessione & cōione: vel extrema vnctiōe enim ex negligentia crassa procedit videt mortale vñ graue veniale: s; m̄ q̄ pl̄ ille indigebat. **¶** Si fuit negligēs ad pcurādū sacry confirmationis. **¶** Si iterum fecisset dare sacramenta baprismi cōfirmationis vel ordinē sacry scienter: est mortale & contrahit irregularitas i suscipiēte. **¶** Si

fuit negligēs ad fraternā cōrectionē cū tenet videlicz de pctō occulto & mortali & ide sperabat emondationē illi: tūc esset mortale dimittēdo dōno illā: veniale vero retardādo vñ de his q̄ non sunt mortalia. **¶** Si nō seruanit ordinē debitū in fraternar cōrectione: vñ nimis aspere vñ tpe: vñ loco indebito pctm̄ est. Vide de hac materia m. ij. p. sū. ti. ix. c. iij.

¶ De negligentia cōfessoris. Cap. iij.

Somisit ad minus se mel in anno cōfiteri vel ex negligētia: vel ignorātia mortaliter peccauit. Secus si ex impotētia vcz q; nō hz copiā cōfessoris. sed si postea cū hz copiā cōfessoris nō suppleuit defectū mortale est. Vide hanc materiā in. ij. parte sum. tit. ix. c. viij. s. ij. **¶** Si fecit confessionē fictā scienter dimittens aliqđ mortale: vel qđ dubitabat vel credebatur esse mortale: etiā si non esset mortale: mortāl̄ peccat: et tenetur iterare p̄fessionē. **¶** Si dixit se esse cōtritum de oibus pctis: & dispositum ad abstinēdū: & satisfaciendum: cum hoc nō intēderet: mortaliter peccat: et tenet iterare cōfessionē. **¶** Si penitentiā sibi iniunctā: pro mortalibus ex negligentia omisit facere. peccat mortal̄: & tenetur iterare confessionē: si est illi oblitus p̄ntē **¶** Si scēter cōfessus est ei quem scinit exdicatum vel suspensū vel non habentē auctoritatē: p̄

ta q: si moniace accepit bñficiuz:
vel q: intrusus est p laicū ptācē
peccauit mortāl: tenet iterare
p̄fessionē. ¶ Si p̄fessus est in ex-
cōicatiōe maiori existēs: quā ne
scitit ipse nec p̄fessor ei⁹: absolu-
tus tñ fuit a pctis opz iterū p̄fi-
teri: qz nō fuit capax absolutiōis
tñc p̄pter excōicatiōnē. ¶ Si cō-
fessus est ei q non hz sufficientez
scientiam peccat. Et si fuit a deo
ignorans: q nesciuit discernere
pctā eius precipue cōia: tenetur
iterare confessionez. hec vide in
ij. parte sum. ti. ix. c. viij. §. ij.

¶ De negligentia circa commu-
nionem. Cap. v.

Somisit cōmunicare
semel in anno. s. i. pas-
scha resurrectionis
post annos discretio-
nis: peccauit mortali-
ter: nisi fuisse legitime impedi-
tus: vt quia alterat⁹ stomacho:
vel excōicatus querens tamen
absolutiōnē: vel de licentia pro-
prij confessoris: per aliquot dies
differret. Et i huiusmodi casib⁹
diz sup̄plere defectuz qñ potest.
¶ Si nō cōicatus ieiunns ita. s.
q post mediā noctē aliquid sum-
psit p modū cibi vel potus: pec-
cauit mortāl: nisi esset graniter
infirmus: qz tñc licet. ¶ Si cōio-
nē sumpsit cū stare cū pposito
alicui⁹ pcti mortalis: vñ cū eēt ex-
cōicat⁹ hoc sciēs vñ ignoransigno-
rantia crassa. peccauit mortāl.
¶ Si nō p̄fessus de aliquo mor-
tali pctō p̄misso: vñ aduertēte ex-
verecūdia vñ aduertēte p̄pter

indiscutionē p̄fete: vel ex ignotiā-
tia crassa r supina sumpsit cōio-
nē peccauit mortāl. ¶ Et nota
q si quis omittit confessionē vel
cōionē tpe statuto: conari debet
p̄fessor: vt inducat eū ad supplen-
diz defectū: nisi sit oino non bñ
disposit⁹. Vide in ij. parte sum.
ti. ix. ca. ix. §. ij. r. ij. Item cum re-
perit aliquē debitū vitijs turpi-
bus r alijs: qui stat vsq ad finez
quadragesime: cantū videtur ne
subito admittat eū ad cōionem:
sed prolonget sibi tēpus p aliqs
hebdomadas. De alijs vero de
secribus qui committūtur circa
cōmunionē r missam vide in. iij.
parte interrogatorij in. c. de cle-
ricis: r in. iij. parte sum. titu. xij.
ca. vj. item. ij. parte titu. ix. cap. x.
¶ Si existēs excōicatus maiori
sciēter participauit audiendo
diuina in ecclesijs: aut sacramē-
ta p̄cipiēdo: peccauit mortāl.
¶ Si participauit in crimine cū
aliquo p̄pter quod ille cum quo
participauit erat excōicatus: vñ
delicet: qz verberant clericū: vt
c. si concubine. cñ de sen. excō. vñ
si aliquis clericus subijcit se ali-
cui laico verberandū ad placan-
dum eū de iniuria sibi illata: cle-
ricus ille efficitur excōicatus: qz
participat i crimine cū verberā-
te: p̄pter qd est excōicat⁹: r mor-
tale est. vt. c. p̄tingit. de sen. excō.
¶ Si existēs excōicatus maiori
sciēter participauit cum alijs si
delibns: etiā extra diuina: preci-
pue in his q cōtinent in hoc ver-
su. Os: orare: vale: cōio: mēsa ne

gat. Et si fecit ex contēptu cōtra prohibitionē superiorū: peccauit mortalit̄: al̄s venialit̄: et efficiatur excoīcatus minori: a qua pōt absolnere oīs q̄ h̄z en̄z audire in confessione. ij. pre titu. iij. c. vi. §. iij. Exciipiunt tñ quinqz casus: in quib⁹ licet participare cū excoīcatis. q̄ cōtinent in hoc versu Utile: lex: humile: res ignorata necesse. Hec anathema quidem faciūt: ne possit obesse. Quos vt de in. iij. parte sum. titu. xvj. c. j. et ij. parte tit. iij. c. vi. §. iij.

De inani gloria. et habz. iij. ca.

De eadem. Cap. j.



De inani gloria: que ē quintum capitale vitium importans inordinatūz landis humane: seu inordinatā complacentiam eius cui offerit. Et qñ fit aliq̄ opus principalit̄ p̄p̄t̄ laudē p̄p̄t̄ amittit ei⁹ merces: et p̄ctm̄ incurrit. Et interrogandū est s̄m̄ status hoīm de diuersis materijs in quibus hoīes querūt sibi laudē: vtz a doctore de scia et doctria: a scholari de ingenio et d̄ssputatiōe: a rectore de regimine: a mulieribus de ornam̄ et h̄mōi. ¶ Si quesit̄ landēz gloriā de ope p̄cti mortalis: mortalit̄ peccauit: si s̄m̄ rōnem de liberatā hoc egit. secus si s̄m̄ modū sensualitatis vel etiā si de aliquo venali gloriatur. ¶ Si opa sua de gñe bonoz: vt ieiunia elemosynas et h̄mōi quasi oīa ad laudē humanā fecit mortale videtur: cū ibi cōstituit finē. P̄nta

principalis intētio ei⁹ ē: vt latius dēns acq̄rat humanā: et nō p̄p̄t̄ deū. Sēcns si aliq̄d hoz aliqñ facit alio sine bono. ¶ Si ita inordinate appetiuit laudēz de aliq̄ tpe: q̄ p̄pter eā cōsequendā paratus erat facere p̄tra aliq̄d p̄ceptoz peccauit mortalit̄. In alijs aut̄ casibus videt̄ veniale.

De imodestia orn̄. Cap. ij.



De imodestia orn̄. r⁹: q̄ p̄cedit frequenter ex iam gl̄ia: h̄z et alijs causis possit procedere: et p̄cti p̄ne m̄lieres iunenes de hoc interrogāde sūt. s. de orn̄ capilloz: fucoz: gēmarū: vestitū p̄ciosoz: et foderaturis: et candidis eaz: et planelis nimis altis: et coronis caput: et h̄mōi: in quibus aliqñ ē mortale: aliqñ veniale. ¶ Si vsus vel vsa ē fucis: vel alijs orn̄mēt̄z ad ostentationē et inanē gloriā si de h̄mōi supbiuit: vlt gl̄iata ē: mortale est. Si itatā delectationē habuit ad laudē et gloriā illā: q̄ nō curauit transgredi m̄adata dei et ecclie. ¶ Si vsus vel vsa ē fucis et alijs orn̄mēt̄z ad inducendū hoīes ad sui concupiscentiā extra matrimoniu: mortale ē indubitatū. ¶ Si ita inordinate delectat̄ in h̄mōi: ita q̄ etiā si sciret hoīes ex suo orn̄mēt̄z scādalizari. i. trahi ad sui concupiscentiam nō curas de ruina proximi mortale est. ¶ Si ad cōplacēdū viro suo: vel ad inueniendū virū si est innupta: vel ne despiciat̄ ab alijs vel ex aliqua le

nitate vñ est factis: vñ alijs: ornamentis superfluis: de se non est mortale: sed potius veniale nisi hic sit notabilis excessus: in hñdñ vt possit indicari: & occasione data aliorum ruine: & non tm accipra: quod est difficile indicare.

¶ Si habuit nimiam diligentiam et studiũ & tẽpus ad orandũ fer: vel fecit excessus in portaturave stiũ vltra suũ statũ vñ p̃ductionez: vel nõ fm morẽ patrie vñ vestibº nimis delicatis. peccatum est.

¶ De filabus inanis glorie. Et p̃mo de hypocrisi.

Cap. iij.

Si simulavit scitãtẽ habere p̃ teinñũ: oronẽ: hñdñ: cũ malº esset. si hoc egit ad cõsequendam laudem humanaz construens ibi finẽ: mortale est: alias veniale: nisi aliud virtũ ad iungat. **¶** Si simulavit scitãtẽ p̃ hypocrisim intendẽs aliqd qd sit p̃ honorẽ dei vel vtilitatẽ proximĩ: vt seminare errores. adipsi sci indignus ecclãsticaz dignitatem. decipere em̃ proximũ tẽporaliter vel spũaliter. mortale est.

¶ Si simulavit scitãtẽ existens in malis: vt dentur ei elemosyne si cut sero viro vel p̃curationes ecclãstiarum: vt cerretani et similia mortaliter peccavit. **¶** Si simulavit maiorẽ sanctitatẽ quã habuit: vel occultavit suaz defectũ ad edificacionem proximorum non est peccatum: vel leue vñ veniale est: aut si hoc facit ob aliquam vanitatem vel inanẽ gloriam est veniale.

¶ De instantia.

¶ Si laudavit seipm de aliquo opere peccati mortalis mortaliter peccavit. Si autem de opere veniali: venialiter peccavit: quãtũ est de se.

¶ Si laudavit se de aliquo opere bono: videlicet de virtute: de scientia de industria: vñ divitijs: vel potẽtijs & hñdñ: ex supbia & inani gloria: mortale est vel veniale fm radicem ipsius supbie vñ inanis glie vñ procedit. **¶** Si laudavit se contennẽdo alios vt pharisæus publicanũ: mortale ẽ. **¶** Si aut ex aliq̃ leuitate vel vtilitate p̃sequenda: veniale vel nullũ est.

¶ De ironia.

¶ Si vitificavit se vñbis vel factis plus q̃ sentiat in seipso in mẽte dicẽs aliq̃ mala de se q̃ i se nõ cognoscit: veniale est & d̃: ironia.

¶ De contentione.

¶ Si qd p̃tendit aduersus alius p̃ veritatem sciẽter in rebº alicuius importantie: mortale ẽ: secº ẽ in rebº parvis: & indanertenter. **¶** Si contẽdit p̃ veritate: sed nimis inordinate: cõter est veniale: sed posset ibi esse p̃tãta inordinatio: q̃ rone scandali sequẽtis esset ibi mortale.

¶ De discordia.

¶ Si hñs tractare aliq̃ euz alijs in cõit: nolit p̃cordare cũ alijs de his q̃ ordinant ad honorem dei vel proximoz vtilitatem ex eoz male efficitur ad eos: vel vt ostẽdat se plus scire q̃ alijs: mortale ẽ secus antez si non concordat: videt qz sibi videt esse magis fm̃

Dei & ratione qd ipse intendit: qd tunc vel non est peccatum: vel leue: nisi sit nimis pertinax.

De pertinacia.

¶ Si fuit prima sententia suis discrepans a ceterorum consilio vel iudicio: ceterum est veniale: periculosum tamen & in iudicio erroris.

De singularitate nonitatum.

¶ Si fecit singularitates vel nouitates in conuersatione vite vel vestibus vel ceremonijs vel alijs ad inuentionibus: peccatum est. Et si ad inuenit aliquam malam consuetudinem omnia ei imputantur.

De inobedientia.

¶ Si non obeditur superioribus suis spiritualibus vel temporalibus legibus canonicis & civilibus rationabilibus: & si quidem transgreditur superiorum ordinationes habentes vim precepti ut quando mandatur seruari verbo vel scripto in virtute sancte obedientie vel sub pena excommunicationis vel carceris: vel alijs penis gravibus & homini equipollentibus: peccat mortaliter. In alijs vero ordinationibus simpliciter factis transgrediendo est veniale: nisi fiat ex precepto: quod tunc est mortale quantum ad leues.

De gula: & habet capitulum.

apitulum. i.



Gula est sextum capitale vitium: & importat inordinatum appetitum seu declarationem circa cibum potum. Nota quod species seu modos qui continentur in hoc sensu. Preperere laute nimis ardeenter sitiose. Si comedit vel bibit extra ho-

raz debitam sine rationabili causa: vigente. **¶** Si est usus cibis vel potibus laetis nimis. id est delicatis ultra predicationem suam status. Aliter enim decet comedere infirmum tam sanum quam frusticatum. **¶** Si comedit vel bibit in nimis quantitate secundum exigentiam sue complexionis. Quod enim vni parum est: nimium est alteri. Et plus comedere in die ieiunij quam altera die: non est de se malum per vnam comestione. **¶** Si comedit vel bibit cum nimio ardore gulae: sed cum nimia complacentia contentus magis satisfacere delectationi gulae: quam necessitati prouidere. **¶** Si adhibuit vel adhibere fecit nimium studium & diligentiam circa cibaria delicata: preparanda ut cum varijs saporibus: & diuersis modis & homini. In his omnibus speciebus: vel modis gulae: tunc est mortale: quando delectatio gulae queritur ut finis: paratus tacere contra precepta: ut satisfaciat delectationi gulae vel cum comedit usque ad crapulam vel vomitum aduertenter: sicut fit a plerisque in carnispingio: vel vititur aliquo cibo ex quo verisimiliter creditur incurrere magnam lesionem persone. In alijs vero casibus ceterum est veniale. **¶** Si comedit carnes in quadragesima: vel in alijs ieiunijs ecclesie: vel in sexta feria: aut in sabbato per totum annum: nisi vigente causa necessitatis vel infirmitatis peccat mortaliter: si sine consilio medicum dicit. **¶** Si usus est lacticius tempore quadragesime sine causa infirmitatis: & sine consilio medici pecca-

uit mortaliter. In alijs ho ieiunij ecclie: seruari pot mos prie: quantu ad vsum lacticiniorum: qui mos si non appareat: tutius est abstinere. De hac materia videtur in .ij. parte sum. ti. vi. c. ij.

De ebrietate. Cap. ij.



Ibibit vlt ad ebrietatem: aduertens se nimis bibere: vt potentia vini sufficere ad inebriandum: vel de hoc dubitans probabiliter: peccat mortaliter: secus si ignorauit potentiam vini. vt Ro. **S**i fuit causa inebriationis alterius aduertenter inducendo ad nimis potum vel ponendo sal in vino et huiusmodi: mortaliter peccat: secus si fecit causa medicine. **S**i induxit aliquem ad frangendum ieiunium ecclie sine causa legitima suis persuasione: peccat mortaliter. **S**i duxit pueros et iuvenes ad habitationes: et tabernas: et huiusmodi vt pervertat ad turpia. **S**i frequentat tabernam sine causa rationabili vel coniuga dissoluta: peccat est.

De insensibilitate.

Si abstinet se nimis a cibo et potu: et alijs necessarijs vire propter quod incurrit infirmitatem: contra est veniale: nisi fiat notabilis excessus: et addat obstinatio contra admonitiones in huiusmodi defectibus: quia tunc videtur mortale ratione periculi inde sequentis.

De filiabus gulae. et primo de ebrietate.

Cap. iij.

Sex fumositate inordinate comestio et potus incurrit obsecritatem: seu grossitatem intellectus: et ex hoc ineptitudinem intellegendum vel ineptitudinem legendi orationis: est veniale contra.

De locacitate.

Si nimis locutus est: seu dixit verba ociosa et sine necessitate et rationabilitate contra est veniale.

De scurrilitate.

Si fecit actus seu gestus inordinatos: et si sint provocantes ad libidinem et infirmitatem: est mortale. si vero ad dissolutionem vel lenitatem vt veterositate et huiusmodi: veniale est.

De inepta leticia.

Si habuit ineptam leticiam et vanam in luxu et iocis contra est veniale: nisi addatur aliquod vitium.

De choreis.

Choree que sunt cum inordinata leticia sunt mortalia quibus modis primo cum fiunt ex libidine. secundo cum fiunt in ecclesijs: quia sacrilegium est. Tertio cum fiunt a clericis et religiosi cum mulieribus ratione scandalum. Quarto cum fiunt ex inani gloria vel vana leticia tam inordinata quam ibi constituantur finis. Quinto cum tales chorizantes non curant in scandalo primi est mortale. In alijs autem casibus contra est veniale. Posset tamen quibus esse mortale: nec est facile de huiusmodi potest dari iudicium.

De immundicia.

De immundicia que potest intellegi cum quis immunde comedit: et esset veniale: precipue si ex hoc cum

turbat alios: vel q̄ vomitū facit. Et si hoc facit q̄ nimīū comedit vel vt anidi⁹ comedat pctm̄ est. secus si cā medicine, vel p̄t̄ intelligi de immūdicia pollutiois: q̄ cū accidit in somnijs nō impunitur ad pctm̄: sed pctm̄ p̄t̄ esse in cā eius. s. si procellit ex crapula: vel turpi cogitatioe p̄cedenti: vel ex negligētia: vel etiā post vt giliā: recoles de ipsa immūdicia habitāi sōnijs turpib⁹ delectat̄ z si est p̄sensurōnis de hmōi turpi delectatioe: est mortale vel veniale vel nullū: si fit ex alienatione natura.

¶ De immundicia seu pollutione procurata.

¶ No. q̄ si q̄s agit hac intētiōe principāl̄ vt pollutionē habeat sine vigilando: sine dormiendo: mortāl̄ peccat̄ et si faciat cā salutatis: si aut̄ ipsa pollutio etiāz cōtingat in vigiliā p̄ter voluntatē z sine p̄curatioe: nō est mortale.

¶ De luxuria z h̄z ca. ij. Cap. i.



Luxuria est. vij. capitale vitii. s. q̄ supra in p̄ceptis dicit̄ ē factis de spe ciebus ei⁹ in opere acē in cogitatione: nō illis omittis videnduz est de quibusdam alijs pertinentib⁹ ad ipsam luxuriā z delectationē morosā: z p̄mo. **¶ Si tetigit aliquē vel aliquā: vel oscular⁹ est libidiose ex cōiugiū mortāl̄ peccauit: et si nō sequit̄ turpis act⁹. Nā talia exercitia in ope ipso: p̄ vno pctō habētur cū ope ipso: s. tāto grāu⁹: quāto in hmōi p̄cur**

runt plura. si autē fiant diuersis t̄pib⁹: diuersa sūt pctā. **¶ Si scripsit l̄ras vel portauit vt misit vel recepit cōmētes amatoria z provocat̄ ad lasciniā aduertēter: mortāl̄ peccauit. ¶ Si fecit caritatiōes vel cātauit vel legit: vel audiuit v̄ba lascinia vel turpia delectabil̄ ad p̄uocandū se vel alios ad lasciniā mortale est si as sociauit aliquem quem scinit ire ad p̄uocandū: vel turpiter agit dū vel ad faciēdū ferenatas vel maturinatas: peccauit mortaliter. ¶ Si fuit mediator inter alios quos ad hmōi turpia vel p̄uocauit aliq̄s mediatores iter se z alios z hmōi: peccauit mortaliter. Itē si recepit encensū vel donuz q̄d cūq̄: vt misit ex amore libidinis.**

¶ De delectatione morosa.

¶ De delectatiōe morosa: q̄d vitii reperit̄ in tepidis: z multū in geligētib⁹. Nā feruidi subito cogitatiōes expellūt, mortas z frigidū desiderijs opis adescunt. si habuit cogitatiōes immūdas: z carnales: in quibus traxit moram postq̄ rōne p̄pendit p̄pter delectationē ipsam cogitandi hmōi: peccauit mortāl̄. Nō solūm q̄n quis cogitatiōibus luxurie rōne consensit deliberās facere malū si adesset cōmoditas: s. etiā nolēdo opus perpetrare sed nō curādo ipsas cogitatiōes libidinosas expellere postq̄ p̄pendit: s. in eis voluntarie immorando peccauit mortāl̄iter. Nec vide in. ij. parie. ii. v. c. i. §. v

¶ De filia lib⁹ luxurie. Cap. ij.



Que filiabus luxurie de
quibus non oportet multum in
interrogare: quia difficile
est intelligere nisi
cum mixtura aliorum vi-
tiorum. Et prima est cecitas mentis.

De cecitate mentis.

Si fuit ita mente occupatus
circa mundana et carnalia quod ne
scit de deo cogitare: vel de re-
bus spiritualibus.

De precipitatione.

Si fuit preceps et subitus in
opibus suis: sine ulla et exami-
natione mentis debita agens.

De inconsideratione.

Si fuit incautus in factis suis:
non bene iudicans circa occurrentia.

De inconstantia.

Si in eo quod deliberavit boni
agere: fuit inconstans et mutabi-
lis ex passione.

De amore sui.

Si nimis seipsum dilexit que-
rendo corporis delectationes: et
commoditatem et huiusmodi.

De odio dei.

Si habuit deum vel legem eius
in displicentia: quia prohibet, contra
piscennas et huiusmodi.

De amore vite presentis.

Si nimis amat vitam istam
presentem propter voluptates carnis
quibus est deditur. Ita amare vitam
presentem quod aliquis velle perpetu-
ari: secundum peritum est mortale.

De horrore futuri seculi.

Si horrorem habuit ad vitam
futuram. De aliis vero que pertinent ad
vitium luxurie: circa coniugium: vi-
de infra in. iij. parte, interroga-

torum in. c. de coniugatis.

De superbia: et habet, capi. ij.

Cap. i.



Superbia secundum Grego-
rum est regina omnium capi-
tulum vitiorum: et
est virtutum multum sub-
tile et difficile ad cog-
noscendum: et consistit in appeti-
tu inordinato proprie excellentie:
et huius quatuor species sunt modos de quibus
bonos potes interrogare prout vi-
debit expedire, si tempore penitens in-
telligat. **Si** bona naturalia spi-
ritualia vel temporalia que habuit sibi
attribuit: et a deo non recognos-
cit. **Si** bona ipsa a deo recognos-
centes meritis suis principaliter se
accepisse existimant: vel propter
sua ieiunia: orationes: et huiusmodi.

Si ea bona que non habuit sibi
attribuit vel plusquam habuit cum
existimant se habere multum hu-
militatis et charitatis patientie et
humilitatis: cum non huiusmodi. **Si** reputant se
meliores esse ceteris: alios preterea
in quolibet horum modorum potest esse
mortale vel veniale: sed quod ratione con-
sentit vel non. Vide diffusius hanc
materiam in. ij. parte, sum. tit. iij. c. j.

De filiabus superbie, Cap. ij.

Et primo de derisione.



Derisione que aliquando
procedit ex super-
bia. **Si** irrigit sacra-
menta: et alia divina:
vilipendens ea aut sa-
cros viros: aut prelatos aut
deo seruire volentes: ut sic terra
habet eos: peccat mortaliter.

Si irrigit aliquem irredens ex hoc

iniriā vel vilificationē v^l nota-
bile p^urbationē eius mortali^{ter}
peccavit: s; si ex lenitate vel cari-
ta iocusecus. ¶ De ambitione.
¶ Ambitio p^{re}cedit ex superbia: &
iportat inordinatū appetitū ho-
noris multū. reperit in prelat; &
dñis. ¶ Si desideravit aliquam
dignitatē vel bñficiū curatū rō-
ne deliberata principalit^{er} p^{ro}pter
honorē: vel dignitatē: vel utilita-
tē t^{em}poralē peccavit mortalit^{er}. ¶ Si
desideravit dignitatē v^l bñficiū
ecclesiasticū vel secularē ad quō est
indign^{us}: vel inept^{us}: vez q^{ui} crimi-
nosus: & h^umoī: peccavit mortalit^{er}.
¶ Si desideravit v^l quesivit ad
h^umoī p^{ro}venire ēt faciēdo p^{re}cepta
mortale est. Si q^{ui}sivit honorē de
q^{ui}cūq; re ita inordinate q^{uod} ibi p^{ro}sti-
tuit finē mortale est. In alijs h^uo
casib^{us} v^l v^{er}itale. ¶ De p^{re}sumptio-
ne. ¶ P^{re}sumptio q^{uod} p^{re}cedit ex su-
p^{er}bia p^{ro}stitit in hoc: q^{uod} h^uo ponit se
ad ea que sunt supra vires suas
vel nō p^{ro}tinēt ad cōditionē suam
v^l seculari ad indicādū clericos
v^l eos qui nō sunt sibi subiecti:
vel de his de quibus nō h^{ab}et p^{ro}ptatez
peccavit mortalit^{er}. de p^{re}sumptio-
ne vide in. ij. p^{ar}te sum. tit. ij. c. v.
& vj. ¶ Si posuit se ad faciendū
ea exercitia ad q^{uod} nō erat aptus
v^l nō p^{ot}est sequi spūale vel t^{em}porale dā-
nū alteri: v^l medic^{us} ignarus me-
dicine: vel advocat^{us} ignarus ad
advocandū: iudex ad indicādū:
cōfessor: ad audiendū cōfessionē &
h^umoī: peccavit mortalit^{er}. sec^{us}
aut^{em} si competēter in arte illa pe-
ritus erat. ¶ Si p^{re}sumēs de h^uo

te sua exponit se periculis pctō-
rū: v^l vadens ad loca inhonestā
vel frequētans p^{ro}nerationē mu-
lierū lenium & h^umoī: vbi de faci-
li p^{ot}est labi in mortali pctō: mor-
tale v^l. Si nimis de se p^{re}sumens
nō p^{ro}videt necessitatib^{us} v^l p^{er}icul^{is}
occurrētib^{us} spūalib^{us} v^l t^{em}poralib^{us}:
expectās effectū miraculosū a
deo. s. v^l eū sanet infirmū sine me-
dico & medicinis: v^l m^{is}trēt ei cū
bū sine labore: est mortale & s; tē-
tare deū. ¶ De temeraria iudi-
catōe. Si facta alteri^{us} q^{uam} d^ub^ubia
sunt q^{uod} a^uo sūt: in malā p^{ar}te inter-
p^{re}tat^{ur} ē: seu indicavit & sine sign^{is}
sufficiētib^{us} indicatib^{us} maliciā al-
teri^{us} deliberate iudicavit aliquē
de pctō mortali mortalit^{er} pecca-
vit. ¶ Si h^uo indicavit de venia-
li ventit^{er} peccavit. Idē si iudica-
vit de mortali: sed nō delibera-
to a^uo. ¶ De curiositate.
¶ Si fuit curios^{us} circa cognitio-
nem intellectuā: v^l querēdo sci-
re que sūt supra capacitatē suā
videlicet de trinitate: de p^{re}desti-
natione: vel q^{uod}rendo scire a quibus
non debet: v^l a demonijs vel p^{ro}-
fortes: vel querendo scire p^{ar}tes
utilia & dimittēdo magis neces-
saria: vel querēdo scire solum ad
sciendū: nō ad deum cognoscē-
dum: vel ad aliquā utilitatē pec-
catum est: q^{uod} nō mortale: q^{uod} nō v^{er}-
niale. ¶ Si fuit curios^{us} circa
v^{er}us sensus: s. oculis aspiciēdo
auribus audiendo: naribus ad
odorandū: gustu ad gustandū:
tactu ad tāgendū sine necessita-
te vel utilitate: sed solū delecta-

ione sensualis: peccatum est contra. veniale: et quoniam potest esse mortale. in q. pte sum. tit. iij. c. vij. ¶ Si reperit se in spectaculis ad videndum torneamentis: palestra currere ad brannu: et hmoi: nisi in hoc sit peccatum mortis specialis vel specialis ut quoniam sunt spectacula repunitatis turbiditudo: vel cum reciperet notabilem lesionem corporis est mortale. Et multo magis exercere: et prebere occasionem in hmoi spectaculis: alias est veniale: nisi propter hoc aliis ita delectaretur: quod mens eius adverteret a deo: ita ut quod paratus esset transgredi mandata dei et ecclesie: ut illa aspiceret vel faceret: et hoc idem intelligo de quocumque peccato quod de se est veniale: quod per hunc modum potest effici mortale.

De ingratitudine:

¶ Ingratitudo reperit in omni peccato mortali: sed in circumstantia aggrauationis ipsius: quod ubi homo debet semper seruare deo: eum offendit. Est etiam in unum speciale peccatum: in quibus. scilicet. recipiens beneficia a deo vel ab homine ea non recognoscit recogitat et regratias et recompensat: vel quoniam peius est in mente vilipendit beneficia recepta: vel murmurat de se: vel iniuriat benefactori. Contra autem reperit mixtum cum aliquo genere peccati quoniam mortale quoniam veniale.

De scandalo.

¶ De scandalo quod quoniam non est peccatum speciale: sed circumstantia aggrauationis peccati: in quibus videlicet ex dicto vel facto alterius non reeto datur alteri occasio ruine spiritualis: et hoc est scandalum: et si

hec non intendat: est circumstantia aggrauationis peccati: et non mutas speciem. unde est necessaria profiteri quoniam tale quod verisimiliter trahens ad ruinam peccati mortalis: et precipue cum hoc sequitur. Tho. ij. q. ij. xliij. Si autem hoc intendat. scilicet. ducere aliquem ex dicto vel facto suo ad aliquam ruinam: est mortale et speciale peccatum. si intendat inducere ad mortale: alio veniale de hoc vide in. ij. p. su. tit. vij. c. iij.

De adulatione.

¶ Adulatio quoniam contra est scandalizatio: et consistit in hoc quod quis verbis vel factis suis inordinate quod placere aliis ad benevolentiam captandam. Et si in malo adulat est criminaliter. puta laudans aliquem de vindicta facta: vel turpitudine et hmoi: est mortale. Si adulat vel laudat aliquem: intendens eum decipere notabiliter in temporalibus vel in spiritualibus: est mortale. secundum si aliquid iustum intendit ab eo habere vel quod parum recipere per modum doni: ut histriones. ¶ Si nimis laudauit aliquem ex quo ille sumpsit occasionem superbie: vel inanis glorie: contra est veniale: et potest esse etiam aliquando mortale. ¶ Si homo laudauit aliquem ad excitandum eum magis ad virtutem: vel ad confortandum eum in tribulationibus et tentationibus: et obsequiis debitis circumstantiis: est virtuosus et meritorius: alio veniale.

¶ De blasphemia in spiritu sancto.

¶ De blasphemia in spiritu sancto que procedit ex malitia: videlicet in quantum quis contemnit vel refugit ea cogitare menti occurrerit: per quod posset retrahi a peccato: et habet sex

spēs. s. p̄sumptio: Desperatio: in-
vidētia fraterne gr̄e: impugna-
tio veritatis agniti: obstinatio:
impenitētia. De his d̄o interro-
gādū est p̄nt videbit̄ ⁊ cōter nō
reperit̄ nisi i multū sceleritatis.

Presumptio aut̄ d̄ h̄c cuz q̄s
presumit de dei m̄ia: existimans
q̄ parcat sibi ad b̄nplacitū suuz
vel q̄d saluet eū persēverātes in
p̄ctō. **D**esperatio aut̄ cū credit
deū nō posse: nec velle sibi parce-
re etiā penitēti v̄volēti saluari.

Impugnatio veritatis agniti
d̄: cū quis cōtradixit veritati fi-
dei quā novit. **I**nvidentia fra-
terne gratie est cū dolet quis de
gr̄a dei ⁊ gloria crecēte in oib̄.

Obstinatio cum confirmat vo-
luntatem suam in peccatis com-
missis. **I**mpenitētia aut̄ d̄: cū
quis proponit firmiter etiā in fu-
turum non penitere.

De scismate.

Hoc p̄ctm̄ cōmittit̄ cuz q̄s re-
cedit ab obediētia Romane ec-
clesie: sumēs sibi aliud caput: v̄
sequens aliquē canonicē nō ele-
ctū: ⁊ semp̄ est mortale. ⁊ excōica-
tio p̄tra tales: nisi forte cū essent
duo quorū quilibet haberet̄ pro
summo pontifice a suis sequaci-
bus ⁊ nescit̄ clare quis sit cano-
nicē elect̄. In hoc em̄ vidēt̄ ppli
excusari si non sunt p̄naces s̄
parari illi adherere quē sciēt̄ ve-
re esse electum canonicē: si inuit̄
ordinacionib̄ vel alienacionib̄
factis a scismaticis: excōicatus
est. extra de scisma. c. j.

De infidelitate paganorū:

⁊ hereticorū ⁊c.

De infidelitate paganorū: he-
reticorū: vel iudeorū: quorū q̄d
libet est granissimū p̄ctm̄ ducēs
ad d̄nationem: nō op̄ hoc dice-
re inter hos. soli em̄ heretici sūt
excommunicati: s̄ ⁊ cū alijs p̄ci-
pue iudeis: nō debet haberi do-
mestica conuersatio: ⁊ precipue
idiote. Pores circa h̄mōi interro-
gare prout tibi videtur sc̄z si ha-
bit aliq̄d dubiū in his que sūt
fidei: videlz de sacramento altaris:
⁊ h̄mōi. Et si de hoc h̄z displi-
centiam: nō est curandū. si autēz
voluntarie ⁊ sponte dubitat est
mortale. Heretic̄ quidē ē excōi-
catus ⁊ nō p̄t̄ absolut̄ circa sedē
applicā: vt p̄z in p̄cessu curie. Irē
receptor credēs vel fautor here-
ticorū est excōicatus. extra de he-
re. c. quicūq̄ lib. vj.

Incipit tertia ⁊ vltima pars
interrogatorij: ⁊ in qua tractat̄
de mō interrogād̄ i status d̄ner-
sarū p̄sonarū: ⁊ h̄z. xvij. cap.

De coniugatis. Cap. j.

Incipit tertia ⁊ vltima pars
interrogationes per-
tinentes non ad om-
nes: sed solū ad quos-
dam status hominū
et primo ad coniugatos. Inter-
rogandi sunt non omnes de oib̄
bus: sed prout videtur. ¶ Si de
facto cōtraxerūt in aliquo casu
prohibito mortale est: q̄z contra
p̄hibitionē: nisi ignorātia facti
p̄babilis eos excusaret. sed est
sciendum q̄ sunt quedā impedi-
menta q̄ impediūt matrimoniū

cōtrahendū: & dirimū iā dicitur: qz
 nullū est. qd̄ intelligēdū est qd̄ di
 eta impedimēta pri^o iter eos inue
 niunt: q̄ sit dicitur m̄simoniū. & ea
 cōtinent in his d̄sib^o. Error: p̄di
 ctio vossū cognatio crimē. Cult^o
 disparitas vis ordo ligamē ho
 nestas. Si sis affinis: si forte coi
 re nequibis. Hec sociāda verāt:
 cōnubia facta retractant. ¶ Pro
 horū aliquali brenissima decla
 ratione. Nota q̄ erro: intelligit̄
 de p̄ona: non de fortuna vel bo
 nitate: cū. s. quis p̄trahit cū Ber
 rha credens esse katharinā: cū q̄
 sc̄z itēdebat p̄here. ff. Qui errat
 non consentit. Et. C. Erratis vo
 lūtas nulla est. ¶ Cōditio intel
 ligitur de conditione seruli: sc̄z
 cum quis liber cōtrahit cum ser
 na credēs eam esse liberam. Nā
 si liber contrahit scienter cū ser
 na tenet matrimoniū. Et simili
 ter si contrahit seruus cū libera
 vtz in. viij. pte. pcepto. in. c. de fran-
 dulencia. Et diffusus in. ij. pte.
 sum. ti. j. c. xvj. Item in. iij. parte

titu. viij. c. liij. §. vj.

De mercatoribus: capitulo de mercatoribus
 et profoneticis. Cap. vij.



Mercatoribus cam-
 pforibus: et psoneticis
 quod dicitur est: si misit non
 solus arma et ligami-
 na: sed etiam quecu-
 que mercimonia ad alexandriam vel
 partes egypti vel terras sarrace-
 norum saldano subiectas. que excōi-
 catus est excōicatione papali: si
 non habuit linciam a papa. Dicitur
 que veneti hnt: **S**i negociet non
 propter aliquem finem honestum: puta
 sustentationem familie sue ex lu-
 cro moderato: vel propter sustenta-
 tionem pauperum. vel promissionem
 eorum pro utilitate necessariorum et
 hominum: sed negociant propter ana-
 riciam et ad thesaurizandum: est mor-
 tale peccatum: si in lucro constitunt
 finem: vel si intendunt lucrum pro fas-
 et nefas: si possunt. Hec vide in
 iij. parte sum. tit. viij. c. iij. **S**i
 componit se cum alijs mercatori-
 bus que non vedant de aliquo mino-
 ri precio que pventum fuit inter eos
 que est excessivum: ut si cogatur
 persone emere charo precio: peccatum est
 et legibus prohibetur. Hostie. si
 vendunt merces pro maiori pre-
 cio que valeant: et ex eo que non sol-
 nit fecit ei terminum: sed etiam
 mutat ei pecuniam aliquam usu-
 ram committit. **S**i vendendo mer-
 cantias suas: puta lanam vel pan-
 nos: recipiendo pro precio alta
 mercimonia: puta sericum pro
 matibus vel alia: que vulgariter
 dicitur baratro: multo maiori precio

Vendit sic: si recipet pecunias
 pctm: est iniusticie & mortale: nisi
 ille cui vendit: etiaz longe maio
 ri p̄cio tradat res suas: tunc p̄t
 vn̄o excessus p̄p̄ari cum alio: si
 sunt quasi eq̄les. si vendendo ad
 terminū pl̄o in isto p̄cio vēdit rō
 ne dilatiōis tātū. Et de dineris
 speciebus cābionz & varijs modis
 cābionz vsurarū & fraudulētis i
 quāitate & q̄litate & substantia
 rerū: interrogādū est. p̄t hēs. s̄.
 in c. de vsurpatiōe rei aliene in
 i. pte interrogatorij. videlz i. vij.
 p̄cepto in p̄nc. in. ij. pte. sum. tit.
 i. si fraudant vel fraudari fecit
 vel alīo pro eo in sta pedagia seu
 gabellas: mortale est: & tenet ad
 restōnē. sec̄o de iniustis vel cū nō
 tenent loca illa tuta a latronib̄
 p̄pter q̄ hec solunt p̄pter dese
 ctū dñorū. ¶ Si dedit falsas mo
 netas v̄l diminutas scienter pro
 bonis v̄l eas diminuit est pctm̄
 & tenetur ad restitutionē. sec̄o si
 accepit monetas valētes in loco
 p̄ eo q̄ valent ibi: & mittens ad
 aliū locū vbi pl̄o valēt pl̄o petit.
 si faciens societate cū alijs non
 fideliter se habuit: aliqua occul
 ta lucra sibi soli retinēs. tunc ad
 satisfactiōnē tenet: nisi cert̄o esset
 q̄ locū tātidem occulte subtra
 xissent. si fecit pro alijs securita
 tem cū fraudib̄: naz sine fraude
 assureare merces p̄ mare vel p̄
 terrā: & inde q̄rere emolumētuz
 pl̄o & min̄o s̄z quātitatē periculi
 nō v̄l illicitū: cum substat periculo
 magno. Assuratio nō pecunie
 p̄ modū satisfactiōis: q̄ vulgarit̄

ē: sc̄pta vbi nullum est piculū et
 dānū: nō ē tūtū q̄tū ad p̄sciētā:
 secus si sibi est periculum ibi.
 ¶ Si accepit pecuniam aliquā
 sub noie depositi recipiēs sex v̄l
 octo p̄ cētenario. & cū illis pecu
 nijs lucratur ipse mutuādo: vel
 alijs illicitis p̄scribis ad rōnē. x.
 p̄ cētenario & h̄mōi: cōmisit duo
 mortalia vnū est accipiēdo. aliū
 mutuādo: et tenetur de vsura.
 ¶ Si se intromisit i barocholis:
 rintrācolis & achisinis: q̄ vocabu
 la non declaro ob breuitatē: sed
 de his vide i. ij. p. sum. tit. i. c. vij.
 s. v. qd malicie sit in eis. Achilli
 hū ē: q̄n quis gerit nesocia ste
 pendiarioz. Item si dñoz labo
 rās p̄ eis: & cū mutat eis pecu
 nias cū expēdit recipiēs ide cer
 tum lucrum vel salariū: & q̄tum
 meref labor p̄ iustis causis: p̄t
 accipe. v̄l p̄ bellāribus iniuste
 nihil pl̄o p̄t accipe rōne mutui
 als vsura est. ¶ Si vsus est pin
 ris & mendacijs emēdo: & vendē
 do: q̄ solent esse his cib̄ & potus
 & de his dic. vt. s̄. in p̄ma pte iter
 rogatorij. s. in. ij. p̄cepto. c. ij. Et
 cū stat in tali p̄posito vtendi mē
 dacijs & piurūs & alijs q̄n occurrer
 erat semp̄ est in mortali v̄n nō
 est absolūctus nisi disponat ab
 stinere ab illis: vbi est mortale.
 ¶ Itē si emit res raptas: vel su
 ratas p̄ mare vel p̄ terrā: dicv̄t. s̄.
 in. ij. parte interrogatorij. c. vij.
 ¶ Si emit vel vēdidit dieb̄ festi
 uis absq̄ necessitate: sed p̄ cupi
 ditate vel fecit ratiocinia lib̄: oꝝ
 vel fecit fieri suis discipulis dicv̄t

habes. s. de obseruatione festorum.
C Si fuit personata seu mediator
 qui dicitur censuale peccatum fraudulenter
 rui scienter mortale est: et tenet le-
 so satisfacere. si fuit mediator: con-
 tractus usurarius interdeus utilitate
 usurarius et sua magis accipietis
 sub usura mortale est. Et si ipse
 duceret ad mutuum ad alios
 usuras: qui non cogitabat ut teneri
 ad restitutionem. **C** Si mediator
 extat in alijs peccatis: ut vendendo
 domos et alia aialia: et male
 consulit emptori in eius damnum vel
 sui utilitate et venditoris: peccat
 mortaliter: et tenet leso ad oem sa-
 tisfactionem: et e converso tenet si in
 damnum venditoris consulit. si in
 fideis mrimonijs utit mendacis
 et hmoi: in notabile damnum contra
 hereticum: peccat mortaliter. **I**tem vide
 in. iij. parte sum. tit. viij. c. iij.

De artificibus et mecha-
 nicis. Cap. viij.

Fecit artem cuius
 opus est cum peccato:
 vel ad peccatum mortale
 ut plurimum: sicut fa-
 cere taxillos: seruire
 usurarius in illa arte militi: in bel-
 lo iniusto: nauigio: piratarum:
 lenocinio in tenendo baratariam
 et huiusmodi oportet quod dimittat
 ex toto artem: alias non est
 absolvendus. si artem facit cuius
 artificij potest esse ad bonum et
 malum finem et usum: ut gladios ba-
 listas lanceas venena et hmoi: si
 verisimiliter potest estimari: quod emptor
 velit ad malum usum non potest face-
 re: vel vendere facta ut puta in bel-

lo iniusto: secus si dubitat. si qua
 etiam facit que sunt ad malum usum
 quasi semper ut facere fucos et ser-
 ta hmoi: debet dimittere. si menda-
 cius utit periurijis dolis malis
 mensuris vel ponderibus. si fe-
 stinis diebus laborant. Si non te-
 iunavit: cum posset moderando la-
 borare. **D**e quibus dicitur. ut. s. in. f. parte
 interrogatorum v. c. in. iij. precepto.

De lanificibus.

C Si vendidit panem lane lanifex
 minus preciose pro precio lane magis pre-
 cioso: et sub vno precio: vel vni tunc
 ctore pro alia vel cum aliquibus defe-
 ctibus habentem ac si non haberet: nil
 minuens de precio: vel si in festis
 fecit lanam tondere sine necessitate
 vel cum non plene soluit laboranti-
 bus: et hmoi. In his enim maior et
 minor est peccatum secundum materiam.

De setariolo.

C Si terribus serici preclui sui la-
 boris dat non in pecunia: sed in re-
 bus diversis: puta panno serico
 tritico et hmoi. et cum ille non indi-
 geat illis operibus esse vendere minori
 precio. quam ille recepit. peccat mor-
 taliter: et tenetur ad restitutionem
 de damno: nisi a principio cum
 eo sic conuenerit quod daret de huius-
 modi tali precio: tunc autem
 non videtur deceptio.

De tabernario et hospite.

C Si vendidit unam spem vini pro
 alia vel lymphatum vinum pro puro
 vel ad clarificandum vinum fecit aut
 misit aliqua nocina corporibus vel
 non dedit plenas mensuras vel in
 taberna tenuit meretrices et ri-
 baldos. vel lufos ad taxillos:

Tertia pars interrogatorij: seu secundi tractatus.

vel aduertenter dedit libere his quos vidit inebriari peccauit in quibusdā mortali. In alijs vero venialiter: et tenetur de dānis.

De marcellario.

Si vēdidit carnes corruptas p sanis: qđ est mortale. Si vnaz spēm p alia vt caprā p castrato et hñōi: vel diminutum pōdus: vt. xj. vncias pro libra: peccauit mortaliter: et tenetur de dānis.

De pistore.

Si fecit panes nimis pōderosum ex aliqua sophisticatiōe: ita qđ ementes sint decepti vñ minoris pōderi: qđ dz: vñ farinā bonaz alteri accepit cui fecit panē et posuit min⁹ bonā: vel cū nimio fure: peccauit et tenetur satisfacere

De futoze pānoꝝ.

Si qđ restat sibi de serico: vel pāno vel tela vñ alijs sibi dānis: p sciendis vestib⁹ retinet sibi furatur illud si sit qđ notabile: nisi ille diminutias dedisset sibi in mercedē laboris: et illud capit sibi ad supplenduz tārum: vel vbi esset in pacto. **Si** nocribus vel diebus solēnibus absq; magna necessitate laborat: vñ si facit no uas intētiōes vanitatū.

De aurificibus.

Si vitur vel si vendit aurū vñ argentū alchimiātū p ſuo vñ aurum minus purū p magis puro peccat: et tenetur de dāno. **Si** emit calices, sacros nō cōstatos pro se qđ prohibetur.

De cerdonibus.

Si vēdidit vnā spēm corij p alia minus bona in sōlarib⁹.

De fabris.

Si ferrum p calibe vel maluz ferrum.

De locatoribus eqnoꝝ.

Si scienter locauit eqnū defectuosum vel piculosuz et hñōi quilibet tenet vltra pctm de dānis: et sic discurrendū est p alias artes.

De hystriōib⁹.

Si hystrio fecit repñtatiōes et locos in verbis vñ factis turpia pñnētes: vel i ecclesijs vel in diuinis officijs: vñ tñp⁹ indebitis est pctm pl⁹ vel min⁹ gratie: sñm quātitatem.

De citharizātib⁹.
Si music⁹ citharizauit ad congregatiōes illicitas: vñ in ecclesia in organis pulsauit ballatra puto mortale i pulsante et pcurate.

De frutorib⁹ et laboratorib⁹.

Si infideliter opati sunt id est non bono modo et incuria: et negligētia vel nō tantum quantū cōmōde potuerūt pctm est.

De agricolis et rusticis. Ca. ix.



Si credit explicitē misteria. qđ cōiter solēnizat ecclesia vt in carnationē passionē: et resurrectionē. si scit dñicaz orōnē. de obseruariōe festoz et reuioziū: si tñ pōt. De auditione misse in festis. De cōfessione et cōide semel i āno fēda. Si recepit sacm pfirmatiōis vñ nō q; tenet si pōt. Si tenuit: pro prios filios ad baptismū vñ confirmationē: qđ ē phibitū. De mēdacijs vero et piurijs et blasphemijs et ebrietatib⁹ interroga. Si ad meretrices accessit: qđ aliqui

nō credūt eē mortale: nec tñ tal
 ignorātia recusat eū. si decimas
 nō soluit saltem s̄m p̄suetudinē
 loci illiº qz peccauit: et tenet̄ satis
 facere de p̄erito si sacerdos non
 remittit. vel etiā oblatiōes s̄z cō
 s̄uetudinem loci non dedit. si de
 excōicatione non curauit: sed in
 gessit se dininis: vel p̄temp̄sit vi
 tare excōicatos: qd̄ est mortale
 p̄ctm̄. si nocuit p̄ se vel p̄ familiā
 suā vel aialia: puta discurredo p̄
 prata et fata alior̄: v̄l m̄trēdo v̄l
 p̄mittēdo aialia trare ad pascē
 dū: vel si mutauit terminos pos
 sessionū: vel arādo adunat s̄ ter
 ra p̄xim̄ vicini agro suo in his
 peccauit: s̄m quātitatē dāni qd̄
 intēdit facere: et tenet̄ satisfacē.
 si doli cōmisit in agricultura: v̄l
 notabilē negligētia in dānū pa
 troni: vt nō simādo terras v̄l cul
 tinādo: vel seminādo: vel recoli
 gēdo fructº debito tpe: p̄pter q̄
 deperierūt: v̄l boues nimis fati
 gādo: v̄n destrunnt̄ et precipne
 ad lucrū habendū suū: peccat: et
 tenetur de dāno. si tenens pos
 sessionē ad afflictum male tracta
 uit: vel si p̄uariariº nō respondet
 dñis de quantitate tota debita:
 fingens se minus recollisse: tene
 tur dñis de dānis. si animalia te
 nens ad foccidā nō r̄ndet ex ite
 gro danti de lana. caseo: et feti
 bus: et h̄mōi. In his est peccatū
 mortale: vel veniale: s̄m quātitā
 tem dāni: et tenetur satisfacere. si
 diebº festiuis laborauit: et preci
 pue tpe messim̄ et vindemiarū
 absq̄ magna necessitate: vel de

tulit ligna v̄l v̄turalia dñis suis
 mortale ē. si vacauit ludis cho
 reis et alijs vanitatibº. si guber
 nauit familiā s̄m p̄cepta dei et
 ecclie. De sup̄stitionibº et falsis
 op̄inionibº: q̄ solēt abūdare i eis
 si h̄z vota q̄ impleuit vel nō. De
 virijs diuersorum artificū: vide
 diffusº l̄ij. pre sum. ti. viij. c. iij.

¶ De pueris et puellis. Cap. x.



Inquirendū ē de men
 dacijs et p̄iurijs. De
 votis nō impletis q̄
 tñ nō obligāt si irri
 tāt a parētibº añ an
 nos: puberratis. De missa nō au
 dita i festis. De p̄fessioe et cōione
 fiēda semel in anno. de irrenerē
 tia ad parētes et maiores. De ri
 ris. si verberauit clericū: qz si est
 dolicapar excōicatº est. De fur
 tis facti s̄ rebº parētū magistro
 rū suozū. De detractionibº et tur
 pibº s̄bis auditis v̄l dictis libē
 ter. De cōtumelijs adinuicem.
 De inuidia et alijs: prout videt̄
 plus et minº s̄m etatē et sensum:
 p̄cipue de virijs carnalibus cuz
 masculis et feminis vel per seip̄
 sos cōmissis vel adinuicem q̄ ho
 die abundant in ipsis p̄pter ma
 las societates et occultat. Inter
 rogādi sunt cū magna cautela et
 a longe: vt nō adiscant que igno
 rant. Multo magis hoc seruādū
 est erga puellas. De oibus p̄e
 dictis si credūt tūc habuisse vsū
 rationis indicandum est de mor
 tali aut veniali: s̄m regulas da
 tas in prima et in secunda parte
 interrogatorij de illis.

De clericis in cōi. Cap. vi.



Circa clericos in cōi. A quolibet clerico pōt iterrogari: cū videt expedire vt qñ talis cleric⁹ est ignotus si accipit aliquē ordinē p̄ simoniā: q̄ p̄ hoc peccauit mortāl̄: ⁊ est suspēsus s̄m iura antiqua: nec potest exequi suscepti: vel promoueri vlt̄ eris: nisi p̄ ius p̄ papā dispēsent: qd̄ verū est: si ipse fuit cōsci⁹ simonie: q̄ ignorante eo: potest per aliū etiam dispensari: alias enim semper peccaret mortalit̄ exequendo: nec excusat̄ eū iuris ignorantia. Hec Ray. in sum. li. iij. c. xxix. de lapsis ⁊ dispensationibus. Si accepit aliquē ordinē licet nō p̄ simoniā: tñ a simoniaco in ordine vlt̄ dignitate siue oculto siue manifesto: est suspēsus ⁊ indiget dispēsatōe pape. Sed dū ignorat factū. s. eū esse simoniacū excusat̄ a pctō exequēdo officia sua: s̄ cū certificat̄: nō pōt exeq̄ sine dispēsatōe. Si suscepit ordinē a simoniaco in ordine p̄ arēdo vel bñficio notorio s̄t̄ est suspēsus. Sec⁹ si simonia nō est notoria. Dū hō nescit excusat̄ inō p̄dicto: s̄ nō postea qñ certificat̄: s̄ indiget dispēsatōe pape: al̄s non pōt exequi. Ray. si recepit ordinē hñs aliquā irregularitatē: vt homicidij: mutilationis: illegitimitatis ⁊ h̄mōi: si absq̄ dispēsatōe: peccauit mortāl̄ nec pōt exeq̄ absq̄ dispensa

tione: al̄s peccat mortāl̄. Si recepit ordinē existēs excoicat⁹ vlt̄ suspēsus vel interdict⁹: peccauit mortaliter: ⁊ non habet executio nem. Si exequitur officij alicui⁹ ordinis: vt cantando epistolam vel legendo euangelij: vt diaconus in aliqua predictarum irretitus sentētia peccauit mortāl̄: nisi ignorātia facti enim excuset ⁊ est irregularis. Ray. si accepit ordinem in aliquo pctō mortali sciēter: peccauit mortaliter. Hec Ray. in sum. li. iij. ca. xxix. de lapsis ⁊ dispē. Et quotienscūq̄ exequitur officij alicuius ordinis in mortali: vt acholytatum subdiaconatum diaconatum ministrando aliquod sacramentum solēniter: vt baptizando cōicando p̄fessiones audiendo ⁊ h̄mōi mortale est. Tho. in. iij. distinc. xliij. ar. iij. qd̄. v. ad. iij. Si extitit publicus concubinaris: vel al̄s notori⁹ fornicator: est suspēsus ab executione officiorū suorum: precipue a celebratione missę. Et si exequitur sic suspēsus efficitur irregularis indigens dispēsatōe pape: al̄s nō pōt exeq̄. Host. si non portauit tonsuram ex leuitate ⁊ lascinia: mortale vt detur. Si se exercuit in negocijs secularibus negociādo ⁊ h̄mōi. vel sitenit tabernas ibi ministrās: vel si iussit ad aleas ⁊ tabillos: vel se miscuit enormitatib⁹ vel turpibus vel tripudijs cum feminis. Si vsus est officio ordinum sine debitis ornāmētis: vt faciēdo subdiaconatū sine mani

Pulo: diaconatum sine stola celebrando missam cū defectu alicui⁹ sacre vestis ordinate. s. castula a micru alba ⁊ hmōi: vel etiā lapide nō sacro: antetiā sine lumine: vel sine aditorio: ⁊ sine missali ⁊ hmōi: qz in quolibet horuz est mortale peccatū: si sciēter dimittit: nec excuset iuris ignorantia. si existēs in sacris: scilicet in subdiaconatu: ⁊ supra omisit horas canonicas: quia in quolibet die quo omisit aliquam horaz: etiā beate virginis cū posset: peccauit mortaliter: si ex negligentia omisit. secus si ex obliuione: ⁊ tunc tenet dicere qñ recordatur: aut si omisit ex impotētia infirmitatis ⁊ hmōi de cā. Si dicendo horas alijs exercitijs se occupauit manualibus: vt faciendo coquinam: et hmōi: videt mortale: qz nō satisficit precepto ecclie. Et si mente circa alia vagatur voluntarie nō curās: ⁊ sic quasi p totū offm: videt mortale. secus si proponit velle attendere ⁊ distrahif: sed cū aduertit displicet ei. Pe. i. iij. dist. xv. ar. ij. qōne. v. si recepit ordinem sacrz ante etatē legitimam: scz subdiaconatum ante xvij. annū. diaconatuz ante. xx. ⁊ sacerdotiū añ. xxv. ⁊ sufficit annus inchoatus: peccauit mortaliter: nec dz exequi ante etate legitimā: si tñ faciat officium non efficitur irregularis fm cōmunē opinionem: sed peccat. **C**Si sacerdos exis commisit aliquaz si moniā. puta audiēdo cōfessiones ⁊ habēdo pecuniā alā nō audi-

turus: baptizando cōicādo iniungendo videndo sepulchras ⁊ huismodi: mortale est. si in confessione in cōione vel in collectione sacrorum omisit debitam materiam vel founā vel ritū: in quolibet aut horuz est mortale: siue ex certa scētia facit: siue ex ignorantia crassa vel notabili negligentia. Nam inde sequitur magnū periculum: ⁊ irreuerentia dei. Interrogādū est em̄ de formis: scz baptismi eucharistie ⁊ alioz sacramentoz q sunt maioris pōderis si sciunt eas quashabes infra. c. vlt. si notorijs peccatoribus dedit eucharistiam: vel alia sacramenta non penitentibus. si occultis peccatoribus quos ipse sciuit: dedit publicē eucharistiam vel alia sacra: qz in vtroqz videt mortale: scz etiā ipsi peccet perēdo et fumendo. **C**Si celebrauit cum mortali nō cōfesso: lz p̄rit⁹ mortaliter peccauit: nisi aliq necessitate instāte: ⁊ sacerdotis copiaz non habente: tunc sufficit p̄ritio sed si sine hac celebrauit: mortaliter peccauit. Tho. in. iij. distin. xvij. q. ij. ar. v. q. j. ad. iij. Item per te. iij. ar. j. q. iij. Idem Pe. d. paulu. di. ix. q. ij. ar. j. si celebrauit nō dictis marutinis mortale est. **C**Si dicendo missaz nō cōsecrauit: putans ex hoc euadere peccatuz mortale est et grauissimuz si celebrauit ad faciendum beneficia seu maleficia. si non dixit ex integro: sed dimisit notabiles partes misse ex ignorantia seu festinatione: precipue canonis. si

dicens verba nō intendit consecrare. si non sumpsit sacramentū. si non ieiunus. si plures missas in vna die. dixit in casu non p̄cesso. si nō in azimo: s; fermāta to accepit. si cuz hostia q̄si corrupta v̄l vino aceroso vel quasi putrido. si semp in missa occupat⁹ est in varijs cogitatioib⁹ volūtarijs: vel nō curās de attentioe. si nō posuit aquā cū vino in calice ex ignorātia: v̄l ex certa scia. In quolibz horz p̄dictoz est mortale. si non diligēter suavit eucharistiā sub sera p̄p̄t q̄d aliqd p̄ditur v̄l a muribus denozat. si non defer infirmis a p̄te: z cuz lumine modo debito. si enomit sacramentum p̄pter ebrietatez vel ex voracitate. si non renouauit: vt dz. p̄pter q̄d efficitur putrida: vel marcida: vel vermes generant. si dedit infirmo patienti vomitum scienter si stilla sanguinis cadit in terrā: z in his frequēter est mortale: s; nō semp. si nimis raro celebrant: p̄cipue si nō celebrant i magnis solēnitarib⁹: v̄l mortale s; Tho. in. iij. p. sum. q. lxxij. Itēz in. iij. di. xij. q. j. ar. ij. q. j. si permisit alicui dicere missas recipēs elemosynas: z nihil intendit facere: videt mortale. si habēs pollutionē nocturnā die precedenti immediate ex causa vbi fuit mortale v̄l dubita fuisse mortale: celebrant etiam confusus videtur mortale s̄m Tho. in. iij. distin. ix. ar. iij. q. ij. ad. ij. Item pe. de. pa. in. iij. disti. ix. q. ij. ar. j. vel s̄m eūdē per. de. pa.

q̄n sic incontrit⁹ accedit ad celebrandū. Veniale autē si ex cā vbi fuit veniale: nisi subsit necessitas si audiuit confessionem alicui⁹ non habens auctoritatem ab aliquo. si absoluit a casibus a quibus non potuit: vt a seruatis: siue ex certa scia: siue ex ignorantia crassa. si intromissit se de dispensatione vtorū: vel absoluit ab excoicatione maiori absq; speciali commissione. si posuit se ad audienduz confessioes omnino ignorās: z nesciēs discernere inter mortale z veniale z cōmunita mortalia: est mortale. si absoluit quez inuenit excommunicatū maiori z peius: q; non potest. si absoluit eū qui nō vult a peccatis discedere: vel satisfacere quibus dz. si reuelauit p̄ctm̄ auditum in confessione cognoscenti p̄fessum illū sine licentia illi⁹ in quolibet p̄dictoz videt mortale. nec excusat ignorātia. Si nimis festinauit in audiēdo: nō sufficiēter interrogādo. si in perplexis casibus peritiores nō consuluit. si incantus in inuēgendis penitentibus: quia vel nimis graues: v̄l nimis paruas dedit. si interrogauit de his de quibus non debuit vcs nomē plone cuz qua peccauit v̄l incaute in turpib⁹. si predicauit in peccō mortali existēs: peccauit mortali: z toties quoties sic p̄dicat. Tho. in. iij. di. xxij. q. j. ar. ij. q. v. si predicat aduertēter mendacia mortale est. Tho. 3d ez videtur si scandalosa: vnde. concitat seditiones in populo: si p̄-

dicanit indulgentias indiscretas si predicavit propter pecuniam sibi pmissam vel dandam: simonia est unde est mortale si predicat propter inanem gloriam ibi constituendo finem mortale est. si predicavit sine licentia. si dixit nimis curiosus allegando poetas & p̄hos frequenter. si fabulosa & provocantia ad risum. si ad h̄mōi se non s̄xit curz posset peccavit. Itē si subtraxit se a p̄dicādo: cū posset & mūgeret ei: peccavit. si nimis familiaris est cum mulierib⁹ p̄versando: visitando eas eē necessitatē: p̄pter qd mul ti scandalizant: & ipse novit: hoc posset esse mortale. Si visitavit monasteria: & qdē cā. si cognovit carnaliter illā quam audivit in p̄fessione: vel quā suscepit ad baptismū: vel p̄firmationē: vel conmatre: qd maximū & gravissimū est scel⁹ cōiter reservatum ep̄is. De alijs hō in honestatib⁹ interrogat put videbit expedire. si vestes sacras calices extorfos et alia p̄tinentia ad cultū divinum nō tenuit mūda: & decēter iaptata: p̄pter magnā irreverentiā posset esse mortale. si benedictionez mense & gratiarum actiones nō dixit quod dicere d̄z. xliij. disti. c. non licet. si non fuit bene modest⁹ in aspectu aspiciendo hinc inde mulieres. & vana qd multū scādelizat p̄sonas: s̄l̄r in incessu statu habitu: auditu & h̄mōi actibus. si non obediuit mandatis iustis suorum superiorū & sententiarū: & si contempsit mortale est.

De alijs vero pctis mortalibus de qb⁹ habes. s̄. in. i. & ij. p̄te iter rogatorij: interrogandū est put expedit s̄m qualitatē p̄sonarū. De beneficiis & cano. Cap. xij. Beneficiari et canonici de oib⁹ iā dicit̄ in c. p̄cedenti p̄nt interrogari: put credi p̄t ipsos in illis esse inolutos: & etiā de notariis in hoc. c. si beneficiū simplex siue curatū obtinuit p̄ simoniā: cui⁹ ip̄esuit p̄sci⁹ non p̄t nisi p̄ papā dispensari qd rectineat. si de ignorante eo sine sciēte simoniā p̄miserit: talē oz renūciare tali b̄nficio si nō dispensat: al̄s furtive tenere v̄t̄ inue stat talis in pctō mortali postq̄: hoc sciuit quousq̄ renūciat: nec facit fructus suos: s̄z tenet restituere: deductis expēsis factis in vtilitatē b̄nficij: & hoc maxie d̄ simonia p̄mun⁹ a manu. si autē ignorat̄ie eo posset etiam p̄ aliū dispensari nō t̄n p̄ eū cū quo p̄missa est. Sz si simonia est notoria: est etiā suspensus quo ad executionem ordinarū: sed dispensari p̄t per ep̄m si cum eo nō est cōmissa simonia. si autē est occulta: nō est suspensus quo ad ordines: sed dū tenet tale b̄nficiū: est suspensus quo ad se: qz sine mortali pctō non exequi p̄t. Si recepit b̄nficiū simplex vel curatum p̄ p̄ces carnales. i. pro indigno porrectas: curz esset male vite: & h̄mōi: v̄l p̄ obsequiū tpale factū ep̄o: vel aliū conferenti. peccavit mortaliter. Si b̄nficij curatum p̄ preces suas recepit etiā si al̄s dignus sit: qz

tales preces estimant p̄ idigno
 tāq̄ ambitiose ⁊ p̄sumptuose cō
 misit simoniā: vnde mortale est
 sm. Tho. ij. q. centesima: art. v.
 ad tertiū. Forte tñ non tenet re-
 nunciare. Pro bñficio aut̄ simpli-
 ci lz porrigere p̄ces pro se: si al̄s
 est dignus: vel etiā p̄ beneficio
 in gñali: ⁊ hoc intēdēs ad sui su-
 stentationē non ad curā: nūc ma-
 gis curatum petens q̄ aliud. si
 querit: vel hz beneficiū. nō inten-
 dens clericari: s; vxorari: ⁊ inten-
 dens gaudere de fructib⁹ bñficij
 videt vsurpatio rerū eccl̄astica-
 rū: ⁊ p̄ intentionez dotatiū eccl̄e-
 sias: ⁊ iō graue pctm̄ est. Si non
 fuit electus a patronis vel a col-
 legio: ⁊ firmatus p̄ supiores ad
 quē spectat: sine p̄ ep̄m̄ institut⁹
 s; de mādato vel manu dñi tpa-
 lis: vel p̄ potētā accepit: ⁊ b; in-
 trusus: q; fur est ⁊ latro: nec pōt
 aliqd̄ disponere in tpalibus vel
 spūalibus: vñ nec absolnere: nec
 sacra pōt dare parochianis illi⁹
 eccl̄ie: s; in quolibet huiusmodi
 actu peccat mortaliter. ¶ Si re-
 nunciavit alicui beneficiō qd̄ hz
 eo pacto: qd̄ detur cōsanguineo
 v̄ ppter pecuniā sibi ppter hoc
 datam simonia est: ⁊ mortale in
 vtroq;: nec pōt ipse sibi retinere
 tale beneficiū sic sibi collatum.
 ¶ Si p̄mutationez sui beneficij
 vel eccl̄ie fecit cū bñficio alteri⁹
 conueniendo inter se absq; indi-
 cio supioz ad quos spectat colla-
 tio beneficiorū: simone reputa-
 tur. De his vide pleni⁹ in. ij. pte
 sum. tit. ij. c. iij. ⁊. v. ¶ Si recepit

beneficiū existēs illegitim⁹ absq;
 dispensatione: q; p̄ iura: iō tene-
 re nō pōt. pōt aut̄ cuz eo dispen-
 sare de simplici bñficio ep̄s. De
 curato vero vel dignitate solus
 papa. si fuit electus per simoniā
 quia non valet electio vel si ipse
 aliquē elegit per simoniā: vel ad
 ep̄atum: vel canonicatū: vel ad
 aliā eccl̄iaz: vt clerici collegiata-
 rū ecclesiarū: vel si al̄s indignus
 ignorantē ⁊ publice malū elegit
 ad p̄laturā ex amicitia: ⁊ hñōi:
 mortale ⁊ grauissimum est ⁊ oīa
 mala q̄ sequuntur ei imputant. si
 male tractauit beneficiū: sen ec-
 cl̄iā p̄mittēs eccl̄iā vel edifi-
 cia ruerē: vel possessiones incul-
 tinari: ⁊ alias res depire mortā-
 liter peccauit: ⁊ tenet ad restitū-
 tionē seu satisfactionē si cōmittit
 notabilē negligētiā: ⁊ dānum sit
 notabile. ¶ Si fructus beneficij
 non bene expendit: videlz vltra
 subuētionē suā subueniēdo pau-
 perib⁹: s; dillapidauit in q̄uinijis
 ⁊ turpib⁹ vel etiā dedit p̄sangu-
 neis nō indigētib⁹: mortale est.
 secus si cōsanguinei indigent q;
 tūcapōt dari eis. ¶ Si plura be-
 neficia habētia curā tenet absq;
 dispēsatione fur est ⁊ latro. Naz
 habēs beneficiū cuz cura: si reci-
 pit sm̄ cum cura ipso iure vacat
 primū. c. de multa. e. de p̄ben. et
 hoc postq̄ habuit pacificaz pos-
 sessionē secūdi v̄ habere potuit
 ⁊ fruct⁹ ei⁹ p̄cipit: al̄s non vacat
 p̄mū videlz si fructus scōi bñficij
 cōcedunt̄ alteri p̄ papaz: pro illo
 tpe nō vacat primū. e. de p̄beb.

lib. vi. c. si tibi cōcesso. ¶ Si ha-
bens p̄bēdā habentē dignitates
est nō curā aiaz: si recipit sc̄bam
s̄tr vacat prima. e. de p̄bē. c. de
multa. et in isto casu: et i priori te-
net ad restōnē fructuū si recepit.
¶ Si habēs beneficiū vnū: violē-
ter occupat sc̄m: vel si sciēter
se intrudit s̄tr p̄dit p̄mū: et si ali-
quod habebat ius in sc̄bo: etiā
p̄dit et vacat illud sc̄m. de p̄bē.
c. eū qui. lib. vi. Itē nō p̄t quis
h̄re dignitatē cui p̄benda absq̄
disp̄satione pape. ¶ Quicūq̄ re-
cipit p̄sonarū vel dignitatē vel
offm̄ vel b̄ficiū: nisi cura aiaz
sit ānera: si ante obtinebat simi-
le: cū sit p̄inat^o primo. vt dictū
est: si nō dimittit. primum absq̄
mora in manu ordinariū in cui^o
ep̄atu est: ipso iure est etiā pu-
natus sc̄bo: et est inhabilis ad sa-
eros ordines: et ad quocūq̄ aliud
beneficiū. per extrauagantes.
Joā. xxij. ¶ Item absq̄ disp̄sa-
tione nō p̄t quis tenere plures
ecclesias vel p̄bēdas que tamē
nō habeant curam aiaz: nisi
in quinq̄ casibus. Primus quā
do sūt ita tenues: q̄ neutra illa-
rum sufficiat ad sustentationē.
Secūdus si vna dependet ab al-
tera. Tertius p̄pter raritatē ele-
ricorū. Quart^o si ecclesia est anne-
xa p̄bēde vel dignitati. Quintus
si h̄ vnā intitulatā: et aliam
cōmendatā: sed talis cōmēda de
parochiali ecclesia fieri nō potest
nisi ei q̄ attrigerit. xxv. annū. et sit
sacerdos: et tali nō p̄t committi
nisi vna et ex euidēti necessitate

vel utilitate: et nō d̄urat nisi p̄ sex
menses. e. de elec. c. nemo. li. vi.
¶ Si habet plures ecclesias vel
p̄bēdas habentes curas ani-
marum absq̄ dispensatione pa-
pe fur est et latro: et p̄tinue i mor-
tali: nec ep̄s potest dispensare in
hoc. Si etiā h̄z per dispensatio-
nem pape. sed surreptorie: puta
quia p̄fendo vnū tacuit de alio
quod habebat: vel dixit se habe-
re legitimā etatē: cum nō habe-
ret et huiusmodi: idēz iudiciū est.
¶ Si per dispensationēz ep̄i h̄z
plura beneficia sed simplicia: s̄z
ad sup̄luitatē: vel etiā per disp̄-
sationē pape simplicia vel cura-
ta: cū vnū sibi sufficeret p̄m statū
sūū: nō videt t̄tus in cōscientia
sua: q̄ dissipatio est et nō disp̄-
satio. ¶ Si accepit ecclesiā paro-
chialē a quocūq̄: cū nō attrigis-
set. xxv. annū absq̄ dispensatio-
ne pape. Circa etatem nulla est
disp̄satio. et nullū ibi ius h̄z. ca.
l. canon de elec. lib. vi. ¶ Si in-
fra annūz cōpntanda a die assi-
gnati sibi regiminis eccleie nō fe-
cit se ad sacerdotiū p̄moueri: est
ipso iure p̄nat^o. c. eo. l. canon.
¶ Itēz tenet personā residere
in ecclesia. p̄t t̄n ep̄s cā rōnabili
disp̄sare ad ipsa t̄m. Sed de pro-
mouione ad sacerdotiū infra an-
nū non extēdit ad ecclesiā colle-
giatas habētes curā: nec ad as-
sumptos ad earūde regimē. de
elec. c. statutū. li. vi. Possunt etiā
ep̄i dispensare cū ipsis. q̄ h̄nt vel
habebunt ecclesias parochiales.
vt vsq̄ ad septennium literarum

studio insistētes p̄moneri nō tenentur: nisi ad ordinē subdiaconatus: que nisi infra annū suscipiāt: sunt ipso facto priuati tali officio: et medio tpe p̄vicarios illis ecclesijs prouideat. de elec. li. vi. c. cū ex eo. ¶ Si hñs quod cuius beneficiū simplex: et quātū cuius parū nisi dicat horas omnino: peccat mortāl̄, omittēdo ex negligentia: etiā si nō sit in sacris p̄stitus. ¶ Si canonicus vel alius clericus recipit quotidianas distributiones q̄ dant̄ interessentibus horis: cū non interfuerit futurum committit: et tenetur ad restitutionem. ¶ Si cū nō possit per se curā exercere ecclesie si non potuit ibi loco sui idoneum q̄ bene officieret. s̄ malū et ignorantē: q̄ ex suo malo exēplo scandalizat: ut notorius fornicator: et lusor et h̄mōi: vel q̄ nescit ministrare de bire sacra: et cōfessiones audire: peccat mortāl̄: qm̄ oīa mala q̄ sequuntur ei imputant̄. Si hō nō p̄t inuenire idoneū: p̄ se exerceat vel si nō p̄t aliter prouidere renūciat. ¶ Itē licet p̄lato sub precio vel annuo censu concedere vices suas: seu iurisdictiones: q̄ spirituale est. extra ne prelati vices suas. c. i. ij. et iij. videlz si diceret: cōcedēdo qd̄ exerceas vices meas vel talē iurisdictionē: et totum lucrū sit tuuz: et dabis inde mihi tm̄ illicitū est. s̄ committēdo pure vices suas: licet constituere et salariuz. r̄. q. ij. c. charitatem videlz dicēdo: dabo tibi tantum pro salario tuo: et totum lucrū

erit meū. hec Inno. si alienant̄ res ecclesiasticas: videlz mobilia bona: ut res sacras: vel immobilia ut possessiones sine necessitate: vel maiori vtilitate: vel nō seruaata forma iuris: et huiusmodi: grauit̄ peccauit. Itē de exercitio cure alaruz: quō se habuit in audientia confessionū: in collatione aliorū sacramentorū in visitatione infirmorū: precipue ne deficiant eis sacramenta cuius expedir. In admonitione subditorū in correptione vitorū precipue quoad notorios pctōres cōcubitarios tenētes inimicitias: et huiusmodi. ¶ Si nō admonuit nō cōfiteres et nō cōcātes annuatim quātū potuit: significando ep̄o cū non potuit: et h̄mōi. Nazoues ex negligentia perditē ab eo requirent. De quibus et alijs supradictis et h̄mōi habes satis in. iij. par. sum. tiru. r̄. c. j. ¶ Si alienos parrochianos audit: nō habens auctoritatē specialē ip̄e vel ipsi: q̄ nō p̄t eos absoluerē. ¶ Si emit aliquas res immobiles de fructibus ecclesie: q̄ tales debēt remanere ecclesie: vnde si emit noīe alterius ut sic posset dare et legare cui vellet. fraus ē et furtū et ad restōnē teneat. ¶ Si indulgētiā p̄ se dedit cū nō posset: vel plures dixit habere ecclesie suā quā habebat ob q̄stuz est mortale. ¶ Si reliquias nonas exhibuit pp̄lo venerandas: non approbatas ab ecclesia. Si nimis facilis fuit ad dispensandū in ieiunijs ecclesie. Si elemosynas ex-

forsit a populo et a subditis ad qua
 non tenebant. si questores dicere
 medacia in ecclesia sua permisit: et
 quod veli: si fecit pactum cum eis de
 quora. Si scdas nuptias bene-
 dixit, si permisit xpianas nutri-
 ces feruire in domo indeoz. Si
 sustinuit fortiligas: et diuinatri-
 ces in sua parrochia. si permisit lu-
 dos vel malas psuetudines non
 obuiado quaru potuit. ¶ Cleri-
 ci ho q manifestis vsurarijs alie-
 nigenis aut als no ouundis de
 terris ipoz ad feruus exercendū
 domos. locant: vel alio titulo co-
 cedūt: ipso facto sunt excōmuni-
 cati: nisi sint epi. de vsu. c. vsura-
 riu. lib. vi. ¶ Clerici archidiaconi
 plebani decani ppositi cantores
 et alij clerici psonaru habentes:
 et alij clerici sacerdotēs q audiūt in
 ac etiam sacerdotēs q audiūt in
 scholis leges vel phisicam: post
 duos mēses si nō dimittūt hmōi
 lectiōes: sunt excōcati. c. sup spe-
 cula ex ne cle. vel mo. ¶ Clerici
 et religiosi q idncūt aliquē ad vo-
 nēdū vel inrādū vl fidē interpo-
 sitā: seu als pmittedū vt sepul-
 turā apud eos eligat: vel iā ele-
 ctam nō mutent: sunt excōcati:
 nec pnt absolui nisi p papā: nisi
 in mortis articulo. in cle. c. cupiē-
 tes. de pe. Itē de sepul. libro. vi.
 ¶ Clerici qui scienter et sponte
 participauerūt cuz excōcatis a
 papa: et ipos i officijs receperunt
 sunt excōcati et absolutio pape
 reseruatur. ca. significauit. extra
 de sentē. excō. ¶ Falsantes lite-
 ras pape: vel falsis scienter vtē-
 tes: vel remouentes etiā vnā li-

terā de bullis pape: sunt excōca-
 ti: et absolutio pape reseruatur.
 ¶ Clerici sepeliētes in ecclesijs
 vel cimiterijs eozū excōcatos a
 iure vl vsurarios manifestos: vl
 noiatiū interdictos tpe interdi-
 cti in casibus non cōcessis: sunt
 excōcati in cle. de sepul. c. i. eos.
 Hec vide in. iij. pre sum. ti. xxiiij.
 c. xxxij. ¶ Sepeliētes ho se occi-
 dētes vel in torneamētis moriē-
 tes et hmōi peccant mortali: nec
 tamen sunt excommunicati.

De religiosis. Cap. xiiij.



Circa religiosos et
 religiosas. si sunt
 clerici vel ordina-
 ti: interrogari pos-
 sunt de his de qb^o
 supra dictuz est in
 c. de clericis in cōmuni put erit
 expediēs. si ho sunt beneficiati i
 ecclesijs curatis: de his habes i
 c. pcedēti. sed etiam ultra predi-
 cta: etiaz de infrascriptis: q sunt
 ppria eoz dicēdū est et primo. si
 fuit recept^o ad mōasteriū p simo-
 niā mortale ē. si ho fuit simonia-
 mentalis tm: pnia abolet. si ho
 pactionalis: qz. i. mōasteriū eri-
 git tm als nolebat eū recipez in-
 grediēs: vel ppinqui eius tm de-
 derūt vel min^o p ipo igressu: nisi
 forte cū mōasteriū ē ita tenue
 q nō sufficit illi puidere: nā tūc
 oblati spūalib^o gratis. i. ingres-
 su: lz petere et pacisci. de tpalib^o
 de qb^o debeat viuere: vel dicere
 illi porta tecū vis cōedere mecū
 fm hosti. et aliquos alios. sec^o si
 mōasteriū ē pigue et pōt illi p^o

videre: non pōt fieri aliq̄ pactio: vel exactio absq̄ vitio simonie: tunc vltra pctm̄ recipiēs: vel recept^o v^l recepta debēt expelli d̄ illo monasterio. e^x de simo. c. qm̄ pōt: tñ ep̄s in h̄mōi dispēsare. s. v^l nō expellant^r de monasterio. Ray. 7. Snil. Precipue reperitur talis simonia i monialib^o vbiq̄ terrarū nō sic vero est de viris religiosis. ¶ Si ingressus ē religionē nō pura intētiōe. s. s̄niedi deo sed alia dei cā: vtz non laborādi vel si est monialis: qz nō pōt nit nūbere: 7 qz posuerūt parentes ipsam inuitā: s̄ malefecerūt: tñ pōt 7 debet mutare intētiōē. s. vt ibi manere velit ad seruiēduz deo: et sic erit in bono statu: alio erit in mortali: s̄ si cepit se i monasterio dissoluto nō viuente. regulariter: querat si pōt mutare locū euz dispēsatione si indiget quod tñ in moniali erit difficile. Qd̄ si non pōt non sequatur turbā. i. alios vel alias in malū: sed fernet ip̄a ordinē suum: si ad bonuz nō potest reducere alios v^l alias. ¶ Si ingrediēs monasteriū retinuit impedimēta: q̄ habebat ad illud scienter. vtz qz erat seruus vel habebat occultā infirmitatē: vel alterius religiōis p̄fessus iugat^o debitor in multris 7 h̄mōi: peccauit mortaliter p̄cipue si sciebat tale impedimētum: 7 p̄ illud nō posse recipi ad religionē: vel de his interrogat^o mēdaciū dixit: 7 potest 7 d̄ de monasterio expelli si alr̄ p̄videri non pōt. ¶ Si h̄z vorū religio

nis arctioris anteq̄ intret latiorē p̄i^o d̄z q̄rere dispensationē: si etiā esset bona: 7 multo fortius post professionē in vna religiōe nō pōt ad aliā trāsire equalē vel latiorē: 7 de medicatē ordine ad medicatē: vel de medicatibus ad monachalē trāsire nō p̄ sine dispēsatiōe pape: nisi ad chartasientes. ¶ Si induxit aliquē ad religionē p̄ simoniā: vel p̄ fraudes puta asserēdo ibi obsequari regulam: qd̄ nō sit: v^l dicēdo se ad nihil obligari 7 reticēdo austeritates religionis q̄s ille nō intendit suare 7 h̄mōi: peccauit mortalr̄. ¶ De his q̄ etiam volentes ingredi religionem aliquam: in qua bene viuunt aduertunt vt trahant aquā ad suum molendinum: infamantes illos: 7 criminā imponētes: suas aut vtz ad tertiu celū extollētes. nō enade^r re dānationē certū est: qz contra charitatē agūt: cōtra iusticiam: 7 contra sacram scripturam.

¶ De voto paupertatis.

S in religiōe existēs obseruatur paupertatis votum nihil retinēns: v^l retinere debitas: qz est mortale p̄p̄riū h̄re 7 toties quoties illud proponit. ¶ Dicit aut̄ proprium q̄ celatur superiori suo: q̄ beat 7 teneat pecuniā: vel vestes nesciēte plato: vel si sciat: tñ contra voluntatē ei^o: 7 absq̄ licentia: vel si de licentia ei^o 7 voluntate: non tñ paratus sibi tradere ad petitionē eius: s̄ recusare si pō

set de facto: et multo peius si non
 solum mobilia: sed etiam immobilia ut
 redditus et possessiones retinet: ut
 propria domus videtur et dissipans ut
 placet: nec placet potest dare licentiam
 sic retinenda: nec papa potest in pro-
 prio dispensare. Et de ista. mo. c. cum
 ad monasterium. ¶ Si dedit bo-
 na monasterij sine conventus absque
 superioris Inia habita vel presum-
 pra. Si aliquid occulte recepit vel
 tenet mortale est et proprietatis. si
 reperiens se in loco ubi non videtur
 in comitatu: propter quod opus est sibi proni-
 dere de necessarijs hinc aliqua ve-
 stimenta: vel pecuniam: et aliquid
 homini cum bona Inia et beneplacito
 prelati: advertat diligenter: quia qua-
 tuor adhuc observare debet. Primo
 quidem: ut per eum non stet quoniam omnia ve-
 lit ponere in comitatu: si alij vellent: et
 ad hoc operetur quantum potest. Secundo
 si hoc non potest: semper sit paratus sim-
 pliciter ponere omnia et dimittere in
 manibus prelati. Tertio ut de hu-
 iusmodi processibus nihil det sine li-
 centia superioris sui generalis vel specialis
 etiam in elemosynis: nisi in extre-
 ma necessitate. Quarto ut non
 thesaurizet: nec superflua teneat
 nec delictosa. querat: nec multum
 inquirendo sollicitus: nec habeat
 inordinatum affectum in hominibus: et sic
 poterit transire: si in alijs bene se
 habeat. Secundo agendo non religio-
 se: sed laicaliter vivit. sed cum predi-
 ctis si posset locum invenire ubi
 in comitatu vivitur: melius ei esset.

S De voto castitatis.
 Firmavit votum castitatis
 non solum ab omni carnali opere et

contractu venereo se abstinendo
 sed et ab omni locutione turpi et ama-
 toria: et ab omni cogitatione imunda
 deliberata: et delectatione moro-
 sa: quia in quolibet horum est morta-
 le ut dictum est supra: circa sextum
 et nonum preceptum. Est etiam sacri
 legitimus: quod gravior est. Et quia ad
 ista devenit per conversationem et
 familiaritatem: ideo inquirendum est: si
 hinc domesticitatem cum aliquo simo-
 nialis vel cum aliqua si religiosus
 et si hoc reperit esse extra casum
 necessitatis: prohibendus est aliter
 non absolvendus: quia quasi impossi-
 bile est: quod talis non incidat in rui-
 nam. dist. xxxij. c. hospitalium. et dist.
 lxxj. p. totum. Scandala etiam multa
 et oblocutiones sequuntur in
 populis et hominibus. Et ideo prohi-
 bendus est: et consanguineorum etiam
 raris sit accessus.

De voto obedientie.

S fecit contra votum
 obedientie quod est semper
 mortale. Et nota quod
 non semper quoniam quod agit
 aliquid contra regulam suam:
 vel transgreditur regulam vel constitu-
 tiones: facit contra obedientiam: sed quoniam fa-
 cit contra precepta preterita in regula et con-
 stitutionibus superiorum: vel
 quoniam aliquid transgreditur ex contemptu
 quantumcumque illud sit minus.
 ¶ Quoniam non placet vel placita iniungit
 aliquid fratri: precipiendo vel mandan-
 do in virtute sancte obedientie: vel
 suffragari: ut facias hoc: vel sub
 pena excommunicationis et hominibus: illud
 debet preceptum: cuius transgressio
 est mortale peccatum. ¶ Sed esset quoniam

prelat^o aliqd mandaret subdito quocūq; loqueret declarans sibi qd intendit obligare illū sub peccato mortali ad faciendū illud: & intellige si mādat qd nō sit illicitū: & tale qd qd teneat subdit^o ei obedire. Similiter qm̄ in regula vel cōstitutionibus est aliqd preceptorie mandatū: vel sub pena excoicationis vel sub pena carceris: vel sub pena grauioris culpe: vel similem locutionē cōiter cōfēt obligare ad mortale. alias sūt faciendū contra cerimonialia: vt frangere silentium: tarde venire ad choz & hmoi est veniale: nisi qd faceret ex contēptū: qz tūc est mortale. Cōsuetudo autē q̄nis nō sit ipse cōtēptus: est tñ inductina cōtēpt^o: & ideo caue ne assuecas alicui trāsgressiōi.

De officio diuino.

S dixit horas canonicas & offm̄ defunctorū qm̄ debet dici. Naz religiosus etiā si nō hz ordinē sacrū: tenetur ex precepto ad officū precipue si est professus. vñ omittendō aliquam horam peccat mortaliter: & omni die qua omittit ex negligentia. Nō aut ex p̄cepto tenet dicere istud vel illud q̄nis nec debeat ad placitū suum mutare officū: sed debet dicere s̄m̄ ordinem suū. si non seruit cum alijs in ecclesia: & nimis tardauit ad dicendū offm̄. si somnolenter vel ibi dormiuit redicat: vel aliqd loco eius dicat. sed si pro maiori parte dormiuit totum reiteret. si ibi

incōposit^o fuit & oculis vagis. si risit vel ridere fecit: vel aliquam lenitatē v̄ locutionē fecit nō necessariā. Si mēte distract^o. precipue quādo nō aduerit. Si male legit v̄ cōtāuit vel inclinauit ex negligentia in quolibet horū est pctm̄ veniale cōiter. Si legit prelatū p̄ simoniā: vel etiāz essi non simoniace tñ indignum scienter. Si non illum quez iudicauit meliorē ad officium illud sed alium rōne amicitie: vel alia intentione mūdāna mortale est. Si accusauit callūsiōse prelatū vel locum de aliquo criminali vel testificatus est: vel destitit ab accusatiōe iniuste: vel aljs infamauit prelatū vel subditum dicēdo criminalia de eis: etiā. si essent vera intētiōe infamādi mortale est. Idem si secreta sui ordinis reuelauit sine cā instā & rōnabili. Et quō quis teneat ad restōnem fame habes in summa in. ij. pte diffuse. tit. ij. c. ij. §. ij. Itē ibi supius in. x. p̄cepto. Et hic infra tractatū de restitutione. ¶ Itē si in visitatione prelatorū nō reuelauit dicēda: q̄ sunt p̄tra honestatē religiōis de prelati & socijs & p̄cipue qm̄ cōiter sic seruat & sit p̄ceptū a visitatore: vt dicat que indigent correctione tūc enim omittere aduertēter que dicēda sunt est mortale peccatū. Debet tñ intelligi p̄ceptū seruato ordine fraterne correctionis. Vñ oīno occulta: de quibus pōt presumi emēdatio dici non dnt. vbi aut nō sperat emēdatio & presumit recidiuatio vel

aliquis magnū scandaluz: dici dicitur non tamen accusando si sufficeret probari non potest: quia tunc graniter peccaret: sed simpliciter denunciando prelati ut patri si sperat quod inde prouidebit. quod fecit vel cooperatus est ad aliquam conspirationem contra prelatos: vel inuenit aut sectatur priuilegia et sectas in monasterio aut quædam: aut diuisiones: quia mortale est: et crimina mundanorum vel demoniorum potius quam religioforum. Interrogandum etiam sunt de rebus abusiuis claustrum secundum Ray. quod secundum Hug. sunt iste. Prelatus negligens: discipulus inobediens in uenis ociosus: senex obstinatus monachus curialis: monachus cauidicus: habitus preciosus: cibus exquisitus: rumor in claustris in capitulo: dissolutio in choro: irreuerentia circum altare. In his quibus est mortale: quibus ueniale sed quantitate facti et intentione. Magna etiam est abusus religiosorum iurare in communi locutione: etiam si dicant ueritate: et etiam maledicere et blasphemare: etiam si ex lenitate. In interrogandum etiam est precipue de cerimonis principalibus: et de esu carnis et infirmitate. De lineis non utendis ad carnem. De lectis non plumeis: de ieiunij regule vel constitutionibus. de obseruantia silentij in certis horis et locis. Ad quod omnia obligant omnes monachi et etiam plures religiosi et monachi scilicet benedicti. extra de statu monacho. c. Cum ad monasterium. et plures religiosi aliorum ordinum ex constitutionibus suis. Et licet

in his prelati possit dispensare non tamen potest dissipare: quod est secundum Bern. quoniam sit absque causa rationabili et urgente: atque peccatum est dispensanti et dispensato plus et minus quam transgressionem. Si inobediendo male se habuit: uidelicet quia obediuit in malo: puta dicendo mendacium vel ex negligentia dimisit commune mandatum vel tardus fuit ad obediendum: vel non affectuose: sed querulose: vel dissolute: et non cum maturitate. Si irreuerens circa maiores egre sustinet reprehensiones et cum indignatione: contra ueniale est.

De exercitio.

Si uacavit ocio: quod est sentina omnium malorum: et quantum. Si inutiliter expendit tempus faciendo ea que sunt nullius ualoris. Si fecit exercitia mundanorum: ut faciendum burles vestes opere polimito: recamationes vel linea reticulata et huiusmodi: vel confectio nes nimis preciosas vel alia bulosa: quia magnus peccatum et abusus est ac occasio multorum malorum et id prohibendum est. Hoc malum etiam reperitur in monialibus modernis.

De conuersando cum alijs.

Si conuersando fuit nimis lenis: vel alios inducens ad lenitatem uerisum quibus gestibus vel solacijs: que sunt aliquando sine peccato fieri possunt ad recreationem: vel subleuandum se vel alios ab accidia. raro tamen decent huiusmodi religiosi. Si aliquando irrisit vel gesti-

nit qđ nimis pgruit & hystri-
 bus nō religiosis. Si murmura-
 nit circa victū & vestitū. si impa-
 tiēter rulit granes mores alioꝝ.
 si se granem alijs reddidit. si sin-
 gularitē quesit in cibo vestitu
 dormitu & alijsynde frequenter
 orit in ipsis supbia & alijs mur-
 muratio & indignatio. si fratres
 delinquentē nō fraterne admo-
 nuit. vel defect^o alioꝝ p̄lato non
 significauit: vt adhiberet reme-
 diuz: fernato th ordine fraterne
 correptionis. in his cōiter est ve-
 niale. Si murmurauit cōtra sibi
 p̄mittētē tanq̄ indiscretū. si impa-
 tiēter se habuit dure loq̄ndo:
 cū q̄bus non hz se intromittere.
 si nō diligēter tractauit res mo-
 nasterij. Si nimis tenax fuit in
 dādo: vel si nimis pdig^o vel ac-
 ceptator: psonarū sine cā rōnabi-
 li: dās magis vni q̄s alteri de re-
 bus cōibus. si dedit quibus non
 potuit: videlz qz nō habebat licē-
 tiā. si permisit res p̄ire ex negli-
 gentia: vel nimis sollicitus fuit
 pp̄ hoc parū vocādo sibi p̄pter
 multiplicatiōē reruz t̄paliū: qđ
 vitū multū hodie regnat. si non
 fuit sollicit^o ad addiscendū ea q̄
 tenet s̄m regulā & cōstitutiones
 peccat. Ex ignorantia hō etiam
 trāsgrediēs non excusat a pctō:
 si est sacerdos d̄z q̄rere & scire q̄
 pertinet ad debile celebranduz.
 si cōfessor q̄ p̄tinent ad illud offi-
 ciū. si in his est negligēs: p̄cipue
 cū pōt grauit̄ peccat. Debet ēt
 frēquētare & legere scripturā vel
 doctores exponētes: vel alios li-

bros denotos & vtilis. vñ instrua-
 tur & p̄fortet ad bonū. si legit cu-
 riosa & inutilis propter qđ trahi-
 tur a magis necessarijs vel do-
 ctiores gētiliū: vel fictiones poe-
 ticas & h̄mōi: quia peccatum est
 curiositatis. De pertinentibus
 vero ad religionez habes diffin-
 se in. lū. parte sum. ti. xvj. c. vj.

De oratione & cōfessione.



Non orant vltra of-
 ficij diuinum p̄lato
 tim p̄ se: p̄ alijs con-
 sanguineis: benefa-
 ctōibus vnijs & defū-
 ctis p̄cipue recōmendatis: vt d̄z
 sollicitē. Si non frēquētavit p̄fēs-
 sionē & cōionē s̄m regulā suaz &
 morē. Monachis hō nigris p̄cep-
 ptū est q̄ cōicent semel in mēse.
 in cle. ne in agro. de statu mona-
 si non vacauit meditationi que
 maxime inducit deuotionem. si
 fuit tepid^o in dilectione dei p̄ri-
 mi nō ardent̄ affectās honorē
 dei & salutē aliaz: vt decet. si in-
 gratus ad recogitandū & cogno-
 scendum sua beneficia: & recōp̄-
 sandū deuote ipsi deo fernēdo.
 si non preparauit se ad diuina:
 vt debuit. Hec sunt pctā in quibz
 bus quotidie offenditur deus &
 impeditur p̄fectus religionis.

De amore parentum.

Nimis carnalr dilexit cō-
 sanguineos: nimis affectās
 eorū. p̄speritatē vel gaudēs
 de ea aut contristatur nimis de
 aduersitate. si nimis eos visitat
 vel querit vel gaudet visitari. si
 cū eis loquitur de secularibus q̄

nō expedit: vel etiā cū alijs de
 Suerris et hmoi frequēter inter-
 rogat et audit. Si p eis pcurat
 bñficia ecclesiastica vñ tpalia nō
 aptis bñficijs in qb' posset esse
 mortale. De alijs nō virijs cōi-
 bus. s. i. i. supbia: inuidia et hmoi
 vide. s. i. j. et i. ij. pte interrogatorij.
 De his nō q' pñet ad regulam
 suā: ipsemet videat p se et dicat.
 Si penas aut penitencias taxa-
 tas vñ iniunctas a regula vel cō-
 stitutionib' vel a p'ato nō fecit
 peccavit si ex negligētia. Si nul-
 lo mō esset parat' facere etiā pre-
 lato precipiēte: ē mortale. Si nō
 intēdit p'ficere invita: s' q' seruat
 inuit' facit: et male cōtēt' est esse
 in religione hypocrita ē et in sta-
 tu damnationis. Thom. ij. ij. q.
 lxxiiij. art. v. ¶ Qui vocant' ad
 dirigendas moniales in electio-
 nib' nisi abstineāt ad his p que
 posset oriri discordia inter eas.
 sunt excoīcati. ¶ Religiosi et cle-
 rici inducētes ad vouendū iurā-
 dū vñ pmittēdū de eligēdo apd
 eos sepulturā vñ vt cā vlteri' nō
 mutant iā electam: sunt excoīca-
 ti excoīcatione papali. in cle. ca.
 cupientes de pe. ¶ Religiosi qui
 absq' speciali licentia proprij sa-
 cerdotis solennizarēt matrimo-
 niaz: aut ministrarent sacramē-
 tū eucharistie: vñ extreme vñctio-
 nis excoīcati sūt excoīcatōe pa-
 pali. in cle. j. de pu. religio.
¶ Illis q[ui] ordinant ad hunc ordi- nem tradit ep[iscop]us claves eccl[esi]e: di- cens. Si agite quasi reddituri deo rationem p[ro] his rebus q[ue] his clauibus recluduntur. Archidia- conus vero ostij eccl[esi]e facit il- los tangere. dist. xxij. ostiarius.

¶ Forma lectoratus.

¶ Huic tradit ep[iscop]us codice[m]. de q[ui] lectur[us] est vbi. f. sunt p[ro]phetie et missale: vel epl[isto]laru[m] dicens. Acci- pe: & esto d[omi]ni dei lector habitans in fide[m] & deuote impleris offi- tium p[ro] te cu[m] his: q[ui] d[omi]ni dei ab ini- tio ministrauerunt. di. xxij. lector

¶ Forma exorcistatus.

¶ Huic tradit ep[iscop]us libellu[m]: in quo scripti sunt exorcismi: vel illu[m] vbi exorcizat aq[ue] b[e]n[e]dicta: vel aliu[m] d[icitur]

Cēs: Accipe: et mada memorie et habero prate iponedi manu sup energuminos sine baptizatos sine cathecuminos. di. xxiij. §. ex orzista. **F**orma acholitatns. **H**ic tradit eps ceroferarium i. candelabru dicēs. Accipe ceroferariū cū cereo: et scias te ad accendēda luminaria ecclie mācipari. Accipiat et viceolū vacuus ab archidiacono dicere epō. Accipe viceolū ad effundēdū vinū et aquā i eucharistiā sāgnis xpi. In datione viceoli imprimi character s3 Tho. in. iij. di. xxiij. q. ij. arti. iij. et dist. xxiij. Acholitus.

Forma subdiaconatus.

Hic datur calix vacuū cū patena ab epō: et viceolus cū aqua et mantili. i. bacilli et manutergio ab archidiacono dicente. Vide cuius ministeriū tibi tradit: et iō si vsq nūc fuisti tardus ad ecclie sīa amodo debēs esse assiduus. Si vsq nunc fuisti somnolētus amodo vigiles. si vsq nūc ebrius: amodo sobrius. Si vsq nunc inhonestus: amodo castus. Oblationes q̄ veniūt in altari panes ppositionis appellant. De ipsis oblationibus tm̄ deberponi in altari: q̄tū possit pplo sufficere: ne aliquid putridū i sacrario remaneat. Palle q̄ nō sunt in substratorio altaris in alio vase debēt lauari: i alio corpales et palle. Ubi asit corpales vel palle lo te fuerint: nullū aliud linteamē ibidem dz lauari. De p̄se. dist. i. c. nemo p̄ ignoratiā. Ipsa autem aqua debet in baptismo mergi.

Ideo admonēo vt eos exhibeatis ita vt deo placere possitis.

Forma diaconatus.

Hic tradit eps libru euangeliōz dicēs. Accipe prate legendi enāgelii i ecclia dei: tā p̄ vniū q̄ p̄ defunctis. In noie dñi. amē. Item s̄m Tho. in. iij. dist. xxv. q. j. ar. j. et di. xxiij. diaconus. eps ponit manu solus sup caput ei⁹ dicens. Emitte in eū q̄ unius spm̄ sc̄m̄ et c. Itē dat ei stolaz dicens. Accipe stolā: vt p̄tz in pontificali. In datione tantū libri enāgelioz s̄m Tho. in. iij. dist. xxiij. q. ij. arti. iij. character imprimi.

Forma presbyteratus.

Hic tradit calicē cū patena p̄parata. i. cū vino in calice et hostia in patena. als non recipet characterē s̄m Tho. si nō esset p̄parata dicens. Accipe potestātē offerre sacrificiū deo mis samq̄ celebrare: tam p̄ vniū q̄ p̄ defunctis. In noie dñi. Amē. Item s̄m Tho. in. iij. di. xxv. q. j. ar. j. ab epō imponit manus super ordinandum et oēs sacerdotes cum eo ibi, presentes dicēte ipso epō. Orem⁹ dilectissimi domini et c. vt in pontificali. Pe. de. tharātasia dicit: q̄ in impositione manū imprimi character. Primū tm̄ verius est et cōmuni⁹ s̄m Tho. in. iij. dist. xxiij. q. ij. ar. ij. s. in porreccionē calicis p̄parati. Item inungunt manus sacerdotis cū ordinatur ab episcopo dicente. Consecrare et sanctificare et c. Item aptat sibi stolam super humeros dicēs. Acci-

pe ingū dñi &c. Itē vestit eū cum
 casula. i. planetas dicens. Stola
 innocētie &c. Nota ergo q̄ si pri
 mū fuerit omissus. i. porrectio ca
 licis p̄parati: totus debet iterari
 quasi nihil sit factū. Si hō istud
 fuerit obseruātū: & aliquid de p̄
 dictis alijs fuerit omissus: nullo
 mō dz iterare ordinatio: sed q̄
 omissū est debet suppleri ab ep̄o
 in alia ordinatiōe: & interim nō
 celebret. ¶ Forma sacramēti ma
 trimoniū nō ē determinata. Est
 autē forma illa expressio consen
 sus p̄ vba vni in alterū p̄ingū:
 vt accipio te in vxorē vel accipio
 te in virū: v̄l cū interrogat si vult
 talē in vxorē vel virū: & r̄ndet q̄
 sic: v̄l si loq̄ nō p̄t p̄ scripturā v̄l
 alia signa expumētia p̄sensum.
 De sacris & sacris ordinib⁹ dis
 fufe habes i. iij. pte sum. tit. xiiij.
 ¶ Explicit tertia ps: & p̄ p̄ns to
 tus tractat⁹ siue summa: p̄fes
 sionis: cū interrogationib⁹ sien
 dis. Renerēdissimi p̄ris Antoni
 ni archiepiscopi florentini.
 ¶ Incipit tractat⁹ eiusdē de re
 stitutionib⁹ continens. cap. viij.
 ¶ De restitutionib⁹ in ḡne vbi
 ponunt. xx. man⁹ rapientiu: q̄rū
 quelz hz. v. digitos seu modos:
 & sic sunt cētū modi in q̄b⁹ fit re
 stitutio vel erogatio: vt p̄t in. ij.
 parte sum. tit. ij. cap. j. Cap. j.



¶ Prima manu se
 neratoria p̄t itel
 ligi illō q̄ habet
 Apocal. xvij. Vidi
 mulierē sedēre su
 p̄ bestia coccinea

idest diabolū habentē in manu
 eius poculum aureum. Hec mu
 lier est cupiditas: que in manu:
 idest in opere vsure habet. diuul
 tias quas sitit: sed non extinguit
 tnr eius sitis: sed solum delectat
 in vidēdo. Habet autē hec quinq̄
 modos: sicut manus hz quinq̄
 digitos. Et primus est in pigno
 ribus: q̄n. i. quis p̄ mutuo alteri
 facto recipit pign⁹ ab eo rei mo
 bilis vt vestimentū seu lucrum
 equi et hmōi: aut immobilis vt
 possessionē ex qua capit fructus
 seu lucrū non cōputans in sorte
 q̄ vsura est: nisi in casu cum ge
 ner a socero quousq̄ habeat ab
 eo dotes sustinens onera matri
 monij accipit possessionez ab eo
 in pign⁹. extra de vsu. c. salubri
 ter. Et de hoc diffuse in. ij. parte
 sum. tit. j. c. vi. §. ij. & tit. ij. c. i. §. ij.
 ¶ Sc̄s digitus seu modus est
 in depositionib⁹ cū. i. quis depo
 nit pecuniam apud mercatores
 vel cāpfozem vt vsat ea salvo t̄
 capitali suo: & cū intētiōe prin
 cipaliter aliqd̄ percipiendi vltra
 sortem: nulla tamē facta pactio
 ne super hoc etiā vsura est. xiiij.
 q. ij. si feneraueris. Et de hoc in
 ij. parte sum. tit. j. c. viij. §. xxxv.
 ¶ Tertio modus in emptiōib⁹
 & venditionib⁹ cū. i. vendit mer
 ces vltra iniustū precīū rōne di
 lationis t̄pis in soluendo p̄ctus:
 & hoc nisi rem illā intēdebat ser
 uare in futurū: q̄n t̄m valet quā
 tum vendit vel pl⁹ sperabat va
 lituram. Si r̄ q̄n rem emit min⁹
 in isto p̄cto: eo q̄ anticipat tēpus

solutionis precij anteq̄ recipiat
mercedem: vt puta tpe veris triticū
recolligēdū: et hoc nisi dñbū eēt
vtr̄ pl^o minusne sit res illa va-
litura. De hoc eēt de vsuris in. c.
in ciuitate. et. c. nauiganti. Et de
hoc diffuse in. ij. pte. sum. titul. j.
c. viij. ¶ Quart^o in captiōni-
bus affit^o et assecracionib^o vt in
cambhō q̄ dicunt per venetias:
et cambhō q̄ fiūt in romana curia
p bullis: q̄ sunt vere mutua cum
vsura: et cum ipsemet sit satisfac-
tor simulatus: et ver^o mutuator
est ar. xiiij. q. iij. c. pleriq̄. et hoc
in sc̄a parte sum. titu. j. c. vij.

¶ Quintus in mutuis cū expres-
sis lucri pactionibus: siue in pe-
cunia: siue in opib^o: siue in alijs
q̄ p̄cio possunt estimari. ar. xiiij.
q. iij. c. putat. Et de hoc in. ij. pte.
sum. tit. j. c. vi. et. vij. ¶ Manus ra-
ptoria est q̄ manifeste rapit alie-
nā. De manu violentia. i. rapto-
ria eripit pauperē. s. dens. Toh.
xv. Et habz q̄nq̄ digitos seu mo-
dos. ¶ Primus cōsistit in vsurpa-
tis dñjs ciuitatuz castrozum et
villarū: ex q̄bus oē emolimentū
q̄ inde p̄cipit rapina ē. ¶ Sc̄os
est i tallijs iniustis: q̄n. s. dñs ci-
uitatis iponit collectas vltra de-
bitū p̄suerudinis vel statuti: ser-
uitia indebita oparioz exigit: et
non soluit eis de labore: vel si ci-
uitas ē libera q̄n non p rata im-
ponit ciuib^o sed nimis aliquos
graui. Hec vide i. ij. parte sum.
tit. j. c. xiiij. ¶ Tertio est in peda-
gō et gabellis illicitis. q̄n. s. im-
ponit dñi terrarū: vel ciues no-

na pedagia sine Insa p̄ncipis:
vel etiā si antiqua vel nona cum
Insa nō seruāt vias tuas: cum nō
possent. ¶ Quart^o i latrocinijs
terrestrib^o vel maritimis vel pi-
ratis q̄ discurrūt p mare p̄dādo.
Ex naufragio etiā in mare pie-
ta sibi accipere: ad rapinaz per-
tinet. Hec vide i. ij. pte. sum. tit. j.
c. xij. Vel etiā de represalijs illi-
citis. vide in. ij. pte. tit. iij. c. iij.
¶ Quint^o in psonis capiēdis et
vēdēdis q̄ libere sunt seu xpiane
Nam et si pagani vel sarraceni
capti in bello iusto efficiāt serui
capiētinm. vnde et vēdi possunt
vt serui et emi. non tamē xpiani.
Debent ergo ista restitui si p̄nt:
vt dicit Angu. xiiij. q. vi. c. si res.
De his habes in. ij. pte. sum. tit. j.
¶ Sextus furatoria est cū quis
accipit occulte aliena nesciente
dño. Ad eph. iij. Qui furabatur
iam nō turet: sed magis operet
manibus suis. Fur videt opari
manibus alienis: inquātuz acci-
pit lucrū de manibus alienis. et
hec manus habet quicq̄ digitos
¶ Prim^o est in inuētoz rerētio-
ne. q̄n scz q̄s res alterius inuen-
tas q̄ non habet p derelicto sibi
retinet. xiiij. q. v. c. Multi. Et de
hoc habes in. ij. pte. sum. tit. j. c.
xv. §. ij. ¶ Sc̄os est in illicita p̄-
scriptioe q̄n. s. q̄s. p̄scribit aliē
na mala fide sciēs. s. illa esse alie-
na nec aliq̄ iusto titulo habuisse
c. possessor. de regul. iuris. in. vj.
De hoc habes in. ij. parte sum.
tit. j. c. xv. §. vij. ¶ Tertio est i rei
pignozare: cōmodate vel depōsi-

te vsu. f. qñ dñs rei non cōsentit:
 ⁊ tenetur deq̄ vtilitate inde habi
 ta ⁊ si admitteret ex culpa sua te
 netur reddere. Ray. De hoc vi
 de i. ij. pre. sum. ti. j. c. xv. §. iij. iij
 ⁊. v. ¶ Quartus in oculis reuz
 vsurpatione sine hoc fiat a filijs
 de rebus parentū. sine ab vxore
 de rebus viri ipso nesciente: siue
 a seruis de rebus dñoz suozuz:
 siue a dispēsatoribus de reb⁹ pa
 tronoz suozuz: siue a discipulis de
 rebus magistrorum suozuz: siue
 ab extraneis de rebus aliorum:
 etiam si hoc facerent dādo inde
 elemosynas paupib⁹: nisi in ex
 tremā necessitate p̄stitutis. xiiij.
 q. v. c. forte. De hoc in. ij. parte.
 sum. ti. j. c. iij. §. ij. ¶ Quint⁹ in re
 ligiosa appropriatione. qñ. f. reli
 giosus aliqd̄ recepit vel nesciēte
 plato suo: vel alteri dat propinq̄
 vel extraneo: vel cū occultat: ⁊ vt
 ppria retinet acq̄sita per eū vel
 data non paratus supiori libere
 assignare. xij. q. j. c. non dicatis.
 Et de hoc habes in. iij. ptesuz. ti
 tu. xvj. cap. i. §. viij.

¶ Manus bellatoria est vbi. f. re
 periunt ⁊ furta ⁊ rapine ⁊ sacri
 legia. Manū suaz misit hostis. f.
 bellando ad oia desiderabilia.

Thre. j. Desiderabilia antē sunt
 blada: pecunie: et edificia: vasa
 aurea templi: ⁊ alia ornamenta
 ornantia ipsum templū: ad que
 misit manum exercitus. Nabu
 chodonosor bellans ⁊ Hieroso
 lymā rapiēdo icedēdo ⁊ destrūē
 do. Et hęc manūs habet. v. digi
 tos sex modos. Primus est cum

dñs vñ cōitas aliq̄ assumit iniustū
 bellum. Nam qui ad hoc p̄cur
 runt adiunādo p̄sulēdo coopan
 do de oibus dānis illatis aduer
 sarijs etiam si nihil p̄ueniret ad
 eos: tenent satisfacere. xiiij. q. v.
 c. non sane in fi. ¶ Scōs est q̄ te
 nētur de oibus dānis ⁊ expen
 sis q̄s patiunt subditi sui q̄ inuo
 lūtarij sunt ⁊ coacti. Nam vltra
 expēsasq̄s faciūt aliqñ ab aduer
 sarijs debelantur ⁊ capitunt ipsi
 ⁊ bona eoz. Vari⁹ est enim belli
 enē⁹. vi. c. si culpa. ex de iniu. et
 dā. da. ¶ Tertio ē q̄ q̄ habet in
 iustū bellū: ea q̄ capit ⁊ destruit:
 vel hoc fieri p̄mittit a suis sicut
 cōiter faciūt satisfacere tenetur
 xiiij. q. j. c. militare. Bona antē
 capta iuste ab inimicis: que de
 bēt p̄ditūdi occultādo et retinen
 do sibi furant. xiiij. q. v. c. dicat.

¶ Quart⁹ est cū iuste bellās rap
 it bona ecclēsiarū nō incastellas
 tarū: aut bona clericoz p̄ue par
 tis vel etiā viatores peregrinos
 ⁊ alios innocentes. dist. lxxxvi. c.
 In singulis. ¶ Quint⁹ est. qñ hā
 bēs iustū bellū ex sua inertia: ⁊
 crassa negligentia non defendit
 suos cū posset ⁊ p̄cipue cū est cō
 duc⁹ mercede ad bellādū. ⁊ sicut
 cūz posset debellare inimicos: et
 sic finē facere gnerre: s̄ vt pl⁹ la
 cres ex duratiōe plū. vñ qz corru
 pt⁹ ab aduersarijs non fideliter
 gerit negociū tenet. ex de iniu. ⁊
 dā. da. c. si culpa. Et de his oib⁹
 habes i. ij. pre. ti. iij. c. iij. de. bel
 lo. ¶ Man⁹ dānicatoria dicit.
 p̄ouerb. xvj. Si manus ad ma

nō fuerit: nō erit innocēs man^o.
 Et qñ vna man^o non sufficit ad
 vnū op^o alia iuuat: sicut aliqñ si
 vn^o nō sufficeret ad rapiendū: vel
 furandū: vel dānicandū: alius: et
 tūc adhibet adiutorū alter. hec
 ē man^o ad manuz adiuncta. Et
 qñ talis nō sit principalis: vel
 nil pueniat de rapina vel dāno
 ad eū tñ tenet: qñ nō est innocēs
 sed in causa. Et hec hz quinq; di
 gitos: q; p̄tinēt in hoc. Iusto
 p̄silium p̄sensus palpo recursus.
 ¶ Prim^o est cuz q̄s mandat fieri
 rapinā: furtū: vsurā vel aliud dā
 nū. Et ex hoc sequit^r: effect^o dāni
 q; als nō fuit factū. talis tenet
 insolidū: etiā si nil puenit ad euz
 Sic tutor: curator: pcurator: et
 factor: q; p̄ pupillis: vel pro alijs
 faciunt p̄ci^o vsurarios tenent: si
 illi p̄ q̄b^o fecerūt nō satisfaciāt cū
 sint principaliores. ¶ Scōs qñ
 p̄sult ita q; ex illo sequit^r: dānum
 q; als nō fuit factū talis etiā
 tenet insolidū etiā si nil puenit
 ad eū. Si aut̄ fuit factū etiā
 sine illo p̄silio: sed aliquid pl^o fa
 ctū est: ad illō pl^o tenet. Innocē.
 et Hostiē. ¶ Terti^o est p̄sensus. s.
 compassionis nō mētis tñ puta
 qñ vn^o vt plures: faciūt aliqd; fur
 tum vel dānū s̄i: ita q; vn^o nō fa
 ceret sine altero tenet quilibet i
 solidū. Secus cū etiā sine illo fa
 ctum fuit. tñ cū alijs se recepit
 et dānicandū: tūc em̄ tenetur
 solum de dāno illato per euz.
 Qui etiā est mediator: scienter
 alicuius contractus fraudulēti:
 vt censales tenētur tales de dā-

nis. ¶ Quart^o est palpo: scilicet
 cum quis aduando seu laudan
 do aliquem de fructo vel de dā
 no. s. q; sit strenus: et ex hoc indu
 cit enim ad faciendū malū: q; als
 nō fecisset. Et idē. si detrahendo
 eū ad hoc inducit: vt puta tu es
 pusilanimitis vel nihil uales et ti
 midus et huiusmodi. ¶ Quint^o
 est recursus: id est cum quis re
 ceptat fures et damnificantes: et
 ex hoc sequūtur damna: vel etiā
 raptam rem cum querit et ipse
 occultat p̄pter q; nō pōt recupa
 re. Officialis etiā q; pōt sine sue
 persone periculo obstarē: ne fiat
 dānū vel rapina vel manifestare
 fures et ablatā: nō facit et tenet.
 Hoc. Tho. ij. q. xliij. ar. vij. Itē
 in. iij. di. xv. q. i. ar. v. q. iij. Alber.
 pe. in. iij. dist. xv. q. ij. ar. iij. Rich
 in. iij. dist. xv. Inno. Raynu. et
 Guil. De his in. ij. pte sū. tit. j. c.
 xij. §. xij. et xliij. ¶ Man^o p̄cipa
 toria. s. de re furata vel vsuraria
 et de hoc pōt intelligi illō Jone.
 iij. Recedat vnusq; ab iniquitate
 q; i manu sua est. Et hec hz. v. di.
 gitos. ¶ Prim^o ē p̄cipitādo de
 hincō p̄ doatōne. Talis em̄ cui
 donatur: cuz hoc scit dz reddere
 dñō ei^o rem ablatā. donū autem
 datū ab vsurario cum oīa bona
 sua sint obnoxia restitutioni: te
 net etiā reddere vel sibi vel his
 pot^o: quib^o vsurari^o hz restituere.
 ¶ Scōs ē p̄ uictitationē. Ita
 mīlla em̄ raptoris vel vsurarijs:
 vel vxor^o et filij q; non habent nisi
 de rapinis vel vsuris: tenētur sa
 tisfacere de cōsumptis: sed habē

do etiā alia bona, comedēdo vel
 vīdēdo reb⁹ male ablatis in pro-
 pria specie: teneēde eo qđ consti-
 mit. Ray. ¶ Tertius est p dota-
 tionē. Filia em̄ q̄ dotat per enz q̄
 nō hz nisi de vsuris: vel aks ma-
 le ablatis: marit⁹ q̄ hoc nonit nō
 pōt recipe dotez: r receptā teneē
 restituere creditoribus soceri: et
 ipsa etiā filia: mortuo marito te-
 netur restituere dotē. Rayn. de
 hoc in. iij. pre summe tit. j. c. xij.

¶ Quartus est participando de
 re raptā vel furata per emptio-
 nē. Qui em̄ emit talia sciēter vel
 ex ignorātia facti crassa teneē re-
 stituere cuz inuenit dñm rei: vel
 paupib⁹ errogare: si illū ignorat
 Si etiā talia emit probabit^r esti-
 man⁹ eē vēditōis: postea sciens
 fuisse ablata: teneē nihilominus
 dño reddere si cognoscit: vñ pau-
 peribus rem vel pecuniam eroga-
 re si non inuenit. Ray. Et de hoc
 in. ij. parte sum. tit. j. c. xij. §. xvj.

¶ Quintus p legatum vel here-
 ditationē. Intelligitur em̄ here-
 ditas deducto cre alieno. Heres
 ergo vel legatarius ei⁹ cuius bo-
 na sunt obnoxia restitutioni vel
 ex p̄ctū vñ ex quasi maleficio fur-
 ti fraudis r vsure r hñdō: vel q̄si
 omnia tenetur restituere q̄ reci-
 pit de tali hereditate vel legato
 extra de vsur. c. michael.

¶ Man⁹ sacrilegia: videlz vsur-
 pario circa sacra. r ecclesiastica.
 Job. xv. Tetēdit aduersus denz
 manū suā. f. sacrilegam. Hec est
 manus sacrilegū Michanois:
 quā extēdit p̄ tēplū dei: q̄minat⁹

ipm funditus destruerē sed ipso
 occiso suspensa est manus et lin-
 gua ei⁹ a iuda Machabeo p̄ tē-
 plū: vt habet. ij. mach. xv. et hec
 hz q̄nq; digitos. ¶ Prim⁹ est cū
 auferunt sacra: vt calices r para-
 mēta cruces reliq̄e: r alia hñdō.

¶ Scōs est: qñ auferunt aliqua
 et si nō sacra: tñ de loco sacro: vt
 in ecclia: r de vtroq; xvij. q. iij. c.
 quisquis. ¶ Tert⁹ est: qñ fit in-
 cēdinz vel affraccio in loco sacro
 scz iniuriose: teneē etiā satisfacc-
 re: vel etiam inferunt talia dāna
 ecclesijs vel personis ecclesiasti-
 cis: vt exigendo gabellas et pe-
 dāgia. extra de cēsi. c. q̄q; in. vj.
 Aut imponendo collectas. eñ de
 imu. ecclie. c. aduersus. Aut faciē-
 do represalias p̄ psonas ecclia-
 cas. c. et si pignorationes. eñ de
 inin. r dā. da. li. vj. ¶ Quart⁹ ē cū
 clērici male tractāt bona ecclia-
 rū dilapidādo indebite alienan-
 do in pōpās r lasciuas expēdē-
 do: p̄ sanguineos ditādo. xij. q. ij.
 c. nulli. r bona debita pauperib⁹
 vel clericis vel reparatiōi ecclie
 sic retrahēdo: debent restituere.

¶ Quintus: cum subtrahuntur
 legata facta ecclesijs. xij. q. ij. c.
 qui ablationes. vel non solunt
 decime vbi cōstenerunt solui: vñ
 cum nō est legitimo in beneficio
 constitutus: sed per intrusiones
 vel per simonias: vel hz aliquod
 impedimētū irregularitatis: te-
 netur em̄ fructus perceptos re-
 stituere. de re indi. li. vj. c. benefi-
 ciū de his in. ij. parte sum. tit. iij.

¶ Manus iniuste indicatoria.

Beatus quæ excutit man^o suas ab omni mîere. Esa. xxxij. f. ob sequi pecunie & landis p mune ra eniz frequenter peruerit indi cinm. Et hec man^o hz quinq; di gitos. ¶ Prim^o est qñ index seu quicq; officialis dat iniustam sniam ex certa scia qñq; de cã sine odio: sine amore: sine corrup tione pecunie: et talis tenetur de omni dãno & iteresse parti le se. Ray. xj. qñe. ij. ca. quattuor.

¶ Scds est qñ ex ignorãtia cras sa pferit iniustã sniaz. Nõ em de bebat se. ponere ad id ad qd nõ erat idoneus cū piculo alterius Secus si deceptus p silio assesso ris: qui putabat idoneus ex ma licia vñ ex ignorãtia crassa male cõsulentis: tunc tenebit accessoz parti de expensis scdm Ray.

¶ Tertius est qñ ex notabili ne gligẽtia prulit iniustam sniam: puta qz noluit laborare ad legẽ dum in libris qd potuisset inne hire: & videt etiã teneri. vt in. c. si culpa extra de intu. & dam. da.

¶ Quart^o: qñ accipit pecuniam p indicãdo vel nõ indicãdo: aut bñ aut male. Ray. etiã talẽ pecu niã sibi retinere nõ põt: s; paupi bus dare vel reddere danti.

¶ Quintus: cū nõ vult indicare & dare sniam: put põt & dz: ne di spliceat habenti iniustitiaz: aut dãnificet ins hñtem. Et talis te netur si pars postea amittat in stam cãm: vel si remittat penas: vñ si diminuat iuste: cū nõ possit tenef cõitari. Si auxerit penam iniuste: tenef ei q soluit. Thom.

ij. q. lxxij. artic. iij. Et Ray. De his l. ij. pte. sum. ti. j. c. xij. Itẽ in ij. pte. sum. ti. ix. c. ij. & ti. xxx. c. j.

¶ Man^o i iudicio iniuste assisto ria. de hoc ne iunges manũ tuã: vt p impio dicas falsaz testimo niũ. Ero. xxij. & Die. xxi. Ernite oppressum de manu calũniãris. Et hec hz. v. digitos: scd; q qñq; gñs hoim ibi cõcurrũt. s. aduoca tus iuriscõsult^o: actor: & procura tor: testis: & reus. ¶ Prim^o est er go aduocat^o q sciẽter ad defen sandũ iniustã cãz obtinẽs victo riã cãe: de oi dãno tenef aduer sario: si cliẽtulus non satisfacit Tho. ij. q. lxxj. ar. ij. Si ño non obtinet: tenef cliẽtulo d expẽsis qñ videlz dixit sibi cãz esse iustã cū aks ille nõ litigasset. s; si assu mit cãm iustã: & ex crassa igno rãtia vel notabili negligẽtia per dit: vñ teneri cliẽtulo de damno suo. ca. si culpa. ex de inin. et dã.

¶ Scds est iuriscõsult^o: si sciẽter pstat malũ p siliu vel fraudulẽtũ vñ ius habẽs pdit cãm: sine sit il le cui p suluit: sine alter tenef de dãnio inde secutis. Si ño fideli ter p suluit: vt scit: nõ ten ef: vt. c. nullus ex cõsilio. de rei u. li. vj.

¶ Tert^o est actor & pcurator q accusat aliquẽ de falso crimine: vel perit indebitũ scienter: tenef de oi dãno qd idẽbite recepit ad uersarius etiã de expẽsis. Tho. ij. q. lxxij. ar. iij. ¶ Quartus est reus: si negat veritatẽ de qua iu ridice interrogat negãdo debitũ pecunie tenef actori. Negando aut crimen vñ sequitur accusa:

toti mors vel mutilatio: vel alia
 pena vel fatigatio scienter appel
 latioib⁹ vel dilatioib⁹ tenet ad
 arbitriū boni viri. ¶ Quintus te
 stis si ex falso testimonio ei⁹ sciē
 ter facto actor: vel re⁹ incurrunt
 aliq⁹ dānuz tenet iniuste: talis
 solidū. e⁹ de iniur. c. si culpa. Et
 si accipit pecuniaz p testimonio
 ferendo etiā vere: tenet illā pan
 perib⁹ erogare. xij. q. v. c. nō sa
 ne. de his ob⁹ i. ij. p. sū. ti. j. c. xix.
 ¶ Man⁹ fraudatoris. iob. xxxij.
 In manib⁹ meis nō adhesit ma
 cula scz fraudis. Et hec hz. v. di
 gitos seu modos. ¶ Primus est
 in rerū qdditate. dum. s. vna sub
 stantia venditur p alia vt vinū
 limpharū p puro: aurū vel argē
 tum. alchimiatū p puro et hmoi
 ¶ Scds est in q⁹titate: vt cū dan
 tur diminute mēsure vel ponde
 ra: pura vncie. xj. p libra. vel in
 vasis de vino: oleo: tritico: et hu
 iusmodi: vel in canis de pāno la
 neo: lineo et hmoi. ¶ Tertius est
 in qualitate: vt cū vēdit res dese
 ctuosas: vt vinū v⁹l caro. corrupta
 pro bona: aial vitiosuz et claudi
 cans p sano nō diminuēdo de p
 cio: et multo grauius esset vendē
 do rem nociuā et periculosam et
 hmoi. ¶ Quart⁹ est in p⁹cij meq
 litate: vt cū vēditur res plus in
 sto precio q̄ valeat sciēter: v⁹l cū
 multo immozi p⁹cio emit: qz vēdi
 tor: nō cognoscit rem: vel qz duci
 tur maxima necessitate. ¶ Quin
 tus est in gabelle debite: vel pe
 dagij subtractioe: v⁹z qz occulte
 introducitur rem ad ciuitatez vel

asserit vnū esse p alio: vel mino
 ris quāritatē: vt min⁹ soluat: hi
 oēs tenet satisfacere scbz Tho.
 ij. q. lxxvij. et Ray. De his om
 nib⁹ in. ij. parte sum. tit. j. c. xvij.
 ¶ Vanus falsificatiois. Job. v.
 Qui dissipat cogitationes mali
 gnorū ne possint man⁹ eorū. iple
 re qd ceperūt manifestādo. s. fal
 citates eorū: et hec hz. v. digitos
 vel modos. ¶ Prim⁹ est i ponde
 rib⁹ et mēsuris faciēdo vel vtēdo
 falsis et diminutis in vendēdo et
 emēdo mēsuris: excessitis: tenet
 ēt talis de dānis ide secur⁹ illis
 talib⁹. ¶ Scds est i falsis mone
 tis: fabricādo eas falsas vel inci
 den do aut falsificatis: et diminn
 tis p legitimis scienter vtēdo v⁹l
 tra pctm tenetur de dānis lesis.
 ¶ Tert⁹ est i bullis ap⁹licis falsi
 ficatis: vel p surreptionē ab⁹re⁹is.
 cū. s. expressum est falsuz in sup
 plicatione vel omissum illud ex
 primēdo quo enarrato nō obti
 nuisset. Beneficiū cū v⁹l g⁹a sic ob
 tenta non valet vñ tenet satisfi
 cere de emolūmēto p ipas obtē
 to. Quart⁹ est in instris et scriptu
 ris falsificatis vt testamētis i q⁹
 scribunt legata aliter q̄ dispona
 tur a testatore: vel scriptore vbi
 appet debita et crassant et hmoi.
 ¶ Quintus est in falsis partib⁹
 vt cū mulier cōcipit p adulterū:
 vel supponit sibi alienū partū q̄
 tenet de oibus que consumit si
 lins putatū de bonis mariti et
 de his que vt filio legitimo sibi
 de hereditate relinquere⁹tur. ca.
 si culpa. extra de inu. Et de his

In .ij. parte summe titu. j. c. xvij.
Man^o proditoria: de qua xps
 Luc. xxi. Ecce man^o tradēs me
 mecū est in mēsa. Nō em̄ fit pdi
 tio nisi p familiares. Et hec hz
 quinq; digitos. **P**rim^o ē in ca
 stris populis: terris: qn̄. f. q̄s an
 fert legi: imo dño r dat pditorie
 alteri: q̄ ibi ins nō hz: talis tenet
 de oibus damnis inde secutus.
Scōs est in psonis qn̄ q̄s tra
 dit dñm suū vel amicū in man^o
 inimici occidendū vel retinēdū
 vel ipedicndū a negocijs suis: re
 nerit illis ad omne interesse.
Terti^o in rebus qn̄ pecunias
 vel alia bona sui dñi vl amici p
 curat devenire ad man^o inimi
 corum: aut cum associat se cum
 aliquo vt ducat ad locū vbi spo
 licet. **Q**uart^o est: qn̄ secreta re
 nellat sui dñi vl damnificet. Vel
 aduocat secreta cause: quā de
 fendit aduersario pandit: vt se
 possit defendere tenet de dam
 nis. et de iniur. cap. culpa. et de
 his in. ij. parte sum. tit. j. ca. xij.
Quintus. f. cū q̄s vrit insidya
 nō huādo pacta pmissa: et si eēt
 hostis dūmodo r ipse el fertet si
 dē: r non alio. vt. xxiij. q. j. c. nosi.
Man^o simoniaca. r de hac. ij.
 Reg. c. xij. Quicūq; volebat im
 plebat manū suā. f. pecunia. quā
 dabat r fiebat sacerdos. Et hec
 hz. v. digitos. **P**rimus est acci
 pere pecuniā vel alia spalia pro
 factis aut bñficijs cōferēdis vel
 collatis p modū p̄ci: nō p modū
 elemosyne. et talē pecuniā reti
 nere nō pōt: s; paupibus dz ero

gare vel ecclie in cui^o iniuriā, da
 ta est Tho. ij. q. j. c. **S**cōs acci
 pere pecuniam appreciatine p
 alijs reb^o factis: vt ecclesijs alta
 ribus consecratis: aqua baptis
 mali cōsecrata: oleo sc̄o: reliq̄is
 sc̄oꝝ: sepulturis loci sacri: iure
 patronatus ingressu religionis
 r hmōi: talis pecunia nō potest
 retineri: sed oportet eam panpe
 rib^o erogare: vel ecclie p qua est
 cōmissa simonia. **T**erti^o est p
 spūalibus exercitijs: vt p p̄dicā
 do: orando: visitando: eligendo:
 cōfirmādo: a correccionē desiste
 do: curā altarū exercendo: p̄secrā
 do r hmōi alia: recipiendo pecu
 niā exactiue vel pactionat: vel
 appreciatine: tenet pr paupib^o
 erogare vel ecclie: in cui^o iniuriā
 data est. Sed si p modū eleemo
 syne: sibi retinere pōt sibi data.
Quart^o ē: qn̄ accipit bñficiū
 simplex vel curatū aut dignita
 tē simoniace: qz tenet resignare:
 fructus inde p̄ceptos restituere
 et iā cōsumptos de dictis expen
 sis factis in vtilitatē bñficij illi^o
 etiaz pro fructibus colligendis.
Quintus est de mediatorib^o
 ad pcurādū officiū vel bñficiū
 ecclasticū vel aliq̄ spūale: hī
 tenent pecuniā ppter hoc rece
 ptā paupibus erogare. Hec oīs
 Tho. ij. q. j. c. Ray. r Inn. de his
 in. ij. pte sum. titu. j. c. v. p totū.
Man^o impeditora: Eccl. xij.
 Ne duplici corde: r manib^o ma
 le facientib^o. i. impediētib^o bo
 na alioꝝ. Et hīc hz. v. digitos.
Primus est qn̄ quis impedit

aliquēta psecutione' alieni' offici
 ei vel bñfici: & si iā illud erat cō-
 fecit' & possidebat iniuste p'cu-
 rant auferri: sibi tenet' satisface-
 re in totū. Si hō nondū erat p'ce-
 cut': sed in via habēdi: tenet' ad
 arbitrium boni viri. Tho. ij. q. ij. q.
 lxx. ar. iij. & Richar. in. iij. distin.
 xv. ¶ Scōs ē: qñ impedit fruct'
 p'ouenturos alicuius agri v' vi-
 nee: v'z effodiendo semina: de-
 struendo vineas: arbores & hu-
 iusmodi q' tenebit' ad quātū est
 mabunt' fruct' i illo dubio v'alt-
 rari. Tho. ij. q. ij. vbi. s. Itē i. iij. di.
 xv. q. i. ar. vj. q. ij. Tenēdo etiā co-
 lūbarios: & nō sufficiēter pascen-
 do colūbos: vñ dānū inferunt se-
 minib' vel fructib' tenet' de dā-
 nis. Pe. de pa. in. iij. dist. xv. q. ij.
 arti. j. in fine. ¶ Teri' est de his
 q' faciūt statuta vel capitula ne
 vsure solute possint: repeti: vel q'
 possint homines cogi ad soluen-
 dum. & q' iudicāt fm ea. vel etiā
 sine statutis dant sentētiā q' sol-
 uat' vsure: v' solute nō repetant:
 hi tenent' ad restituenduz eas: si
 vsurarū nō restituāt. Impediūt
 em' restitutionē. xj. q. ij. c. q' p'sen-
 tit. ¶ Quari' est de his q' dant li-
 teras emittitorias debitoribus
 iniuste: ne possint cogi a credito-
 ribus ad soluēdū eis cū possint:
 hi tenent' illis de illis damnis.
 ¶ Quint' ē de iniuste impeden-
 ribus ne q's possit exēq' negocia
 sua honesta occultādo instrumē-
 ta vel scripturas: p' q' manifesta-
 tur ius suū: vel ipedientes ne q's
 accedat ad indices eccl'asticū in

cā qua potest vbi sibi fieret iniu-
 stia: vel aliter iniuste & maliciose
 impediēs iter suū ad iudiciū vel
 ad negocia sua: vnderecipit dā-
 num: & de his tenetur.

¶ Man' lusoria de qua pōt itel-
 ligi illud Job. xxxj. Si idest non
 osculatus sum manū meā in ab-
 sccondito. Lusor em' cū vincit at-
 tribuit man' industrie: vñ aliqñ
 osculat' eam v' cām lucri. Et hęc
 hz quinqz digitos. ¶ Prim' cum
 decipit in ludo: v'z per falsos fa-
 rillos aut chartas dicendo men-
 dacium & sic vincit: tenetur enīz
 restituere decepto. ¶ Scōs ē qñ
 vincit ab alijs qui alienare non
 possunt: v' sunt serui: filiū fami-
 lias precipue pūpilli: vxores re-
 ligiosi & hmōi. Hęc opz restitue-
 re illis q' hñt curā illoz. ¶ Ter-
 tins qñ vincit ei quē induxit ad
 ludendū multa iportunitate cū
 nō veller ludere: vel volēt ē a lu-
 do recedere inuitū detiner: tene-
 tur restituere. ¶ Quart' qñ vint'
 eit in loco vbi p'hibet' ludus & p'
 leges mādāt fieri restitutio: que
 nec p' dissuetudinē sūt abrogare
 & tūc etiā tenet' restituere p'dēti
 fm Tho. ij. q. ij. q. xxxij. arti. vij. Ri-
 char. in. iij. disti. xv. circa finem.
 Ray. Inno. & alios. ¶ Quint' ē
 qñ vincit in locis vbi non p'hibe-
 bet' ludus: vel si prohibet' leges
 sunt abrogare p' suā cōsuetudi-
 nē: tūc d'z pauperibus erogare.
 Utrū hō de necessitate vel de ho-
 nestate vide in. ij. parte sum. iii.
 l. cap. xxiij. de ludo ibi plene.
 ¶ Man' locatiōis & p'ductionis in

viciatoria: de hac **Deus. xxxij.** Vi debet q' firmitas sit man^o. i. de ficiens opus in locando & cōducendo. Et hec habet. v. digitos. **¶** **Prim^o:** qñ q's locat alteri rem vitiosam sciēs vt equū claudicā tem: vel domū ruiturā: q' tenet de damo inde secuto illi tali.

¶ **Sec^o:** est qñ nimis notabiliter exigit precia de re locata: domo: agro: & hmōi. v' qñ aufert ab eo rem locatā sine cā rōnabili ante tps cōuentū: Tenet em ei de dā no. **Ray.** **¶** **Tertius** qñ conducit quis aliū ad opandū nimis puo p'cio notabiliter: vel debitā mercedē nimis tardat dare cū pōt: vñ ille recipit damnū: vel loco pecūnie debite dat sibi res q's opz eū viderē minoz precio q's dz habere. **¶** **Quart^o** si p'ductus ad opertā ex festinātia vel negligentia nō fideliter est opat^o & bene: vñ sequit' damnū ei. **¶** **Quintus** qñ male tractauit rē sibi locataz: vt domū vel agrū: permittendo destruerē: vel equos bonos nimis fatigādo et hmōi: tenet talis de hmōi dānis ad arbitriū boni viri. **Ray. in sum.** **Uasall^o** aut q' bona q' hz in fendū a dño male tractat ex malicia vel negligētia: tenet de dānis & de his l. ij. p. sum. ti. j. c. xvij. §. vij. & in. iij. pte titu. vij. c. iij. **¶** **Wanna** turpiter locatoria: de qua **Esai. j.** dñs ait. **Man^o** v're plene sūt sanguine. i. turpib^o incris. Et hec hz quinqz digitos. **¶** **Prim^o** p' lucrū ex ope carnali: vt metetricio lenocinio concubinatū adulterio. & hmōi.

¶ **Sec^o:** est ex arte vel actu phibito lucrari: vt ex arte murādi: vel faciēdo taxillos: chartas fucos: torneamēta: histrionatu turpi seruiēdo vsurario in numerādo pecuniā ad vsurā: & scribēdo & hmōi: in faciēdo diminutiōes incātatiōes & hmōi: in scribēdo instā in fraudē vsurarū. **¶** **Tertius** est lucrādo tpe phibito: vt diebus festinis. ven dēdo & emēdo sine necessitate scribendo vel alia opera ob lucrum faciēdo. **¶** **Quart^o** est negociari in locis phibitis: vt in ecclesijs vendēdo: vel emēdo vel etiaz mittēdo ad terras sarracenzū: vel portādo arma: vel ligamīa: vel victualia: & quecuqz mercimonia: sine licētia pape: tenetur illud q's lucratus est & tantūde de suo mittere in subsidiū terre scē. **¶** **Quintus** est ex intētiōe mere cupiditatis vacare negociationi: vel intētiōe introducēdi charistiā. Hi oēs debēt acq'sta paupibus erogari: magis tñ ex honestate & p'silio: q's ex necessitate. **xiiij. q. v. c. q' habetis & de his in. ij. p. sum. ti. j. ca. xvij.** **¶** **Wannus** detractoria. p's. **Erne. f.** deus de manu canis. i. detractoris alam meā. i. vitā. **Prover. xvij.** **Wors** & vita in manibus detractorie lingue. Et hz quinqz digitos. **¶** **Prim^o** est cū q's scienter accusat aliquē de falso: & cōuict^o de crimine cōdēnat. talis ei tenet satisfacere: nō qdēdetegēdo falsitatē: postq's est punit^o re^o: q' sibi imineret p'ictum p'one: & illi iā punito nō sa-

missificeret: sed aliter ad arbitrium
boni viri tante satisficere debet q̄
p̄nna: debetq̄ detegere falsita
tez. vel desistere ab accusatione.

¶ Sc̄s est q̄n extra iudiciuz in
famat aliquoz de crimine sciens
non esse verum vel nesciēs si est
verū: q̄ tenet illis q̄bns dixit de
clarare se falsum dixisse: nisi sibi
ex hoc imineret magnū p̄iculu
vite ⁊ hm̄i. Nā tūc aliter prout
p̄t d̄z satisficere. v̄l cū libellos
famosos sup crimine de eo cōpo
nit vel cantilenas q̄b peius est.

¶ Terti° q̄n ad aliq̄d crimen cō
missum vere ab alio auget aliq̄d
aliud notabile: q̄b est falsum: v̄l
cū dicit se v̄l aliū r̄p̄ia colloq̄a
vel gestus habuisse cū aliqua sz
etiā carnalē copulā: vel etiā cū
aliq̄ dicit de eo turpitudinem cū
aliqua agere: tunc r̄p̄udiosē: vel
aliq̄ signa facit: v̄l credat verum
esse q̄b nō est: ⁊ talis tenet ad de
clarandū falsum esse. ¶ Quart°
est cū dicit aliq̄d crimē alteri°: re
ferēs se audisse q̄b occultū est: et
ignorat si est verū: ⁊ talis quō sa
tisficere debeat habēs in se. c. §.
ij. v̄z de tertia damnificatione.

¶ Quintus est cū dicit crimē al
teri° vere p̄perratū sed occultū
⁊ talis d̄z etiam famā restituere
prout p̄t: vel etiam cū dicit cō
tumeliā in p̄ntia alioz: ⁊ talis
debet petere veniā: vel aliter se
cum eis reconciliare.

¶ Man°, p̄sone leforia. Michā.
v̄j. Vir frat̄e suū venat ad mor
tē maluz manuū suarū dicit bo
nū. ⁊ hec h̄z. v. digitos. ¶ Prim°

est auferendo vitā occidēdo aliū
iniuste. i. extra iudiciū ordinariū
⁊ talis tenet put dices in. ca. seq.
§. ij. de dāno ide securo. ¶ Sc̄s
est mutilando mēbrū inturiose:
⁊ tenet de expēsis in medicis et
medicinis: ⁊ de lucro p̄dito: si ex
mutilatiōe non potest laborare.

¶ Terti° est vulnerādo vel per
cutiendo iniuste: ⁊ sit tollēdo so
spitatē: ⁊ tenet ad dāna inde se
cuta ei. ¶ Quart° incarcerationē ⁊
sic tollēdo ei libertatē q̄b facien
do absq̄ rōnabili cā: tenet de dā
no q̄b inde sequitur: Sec° si fa
ciat: q̄ ei est debitor: v̄l sibi citi°
soldat. ¶ Quint° cū mittit in ex
iliū vel confinā iniuste: ⁊ per hoc
auferit ei patriā: ⁊ oē dānū q̄b in
de recipit: quod cōiter est multū
⁊ tenetur ei satisficere.

¶ Manus aiaz p̄diatozia. Et
de hac Sap. i. Impij manibus ⁊
p̄bis mortē asserunt. Et h̄z. v.
digitos seu modos. ¶ Prim° est
q̄n volētes ingredi religionē ad
seruiendū deo aliquis renocat:
vel iā ingressū p̄suadēdo educit:
tenet hic illū redp̄cere quātū in
eo est vel se: vel alium ponere in
religione s̄m per. de pal. in. iij.
dist. xv. q. ij. arti. ij. ¶ Sc̄s q̄n q̄s
persuadet alicui aliquod crimi
nale: blandiendū v̄l decipiat: et
multo magis q̄n quis auferit ali
cui virginitatē extra matrimo
nium: ⁊ d̄z eā ducere in vxorē: v̄l
eā dotare si p̄t. de hoc infra in
c. seq. ¶ Terti° est q̄n q̄s suo ser
mone trahit ad errorem fidei: v̄l
faciūt heretici disseminātes fals

faz doctrinā: et hi tenentur reuocare. ¶ Quartus est cū prelati vel p̄fessamiliās ex sua negligentia p̄mittūt suū gregē perire nō corrigentes et admonētes: et multo plus cū suis malis exēplis eos ad mala puocāt: tenent em̄ eos corrigere. ij. q. j. c. scelna. ¶ Quintus est hōies suis prauis actib⁹ alios scandalizant: vt mulieres suis ornatib⁹: et alijs tripudijs: alijs ludj rixis ac blasphemijs. Et hi debent satisfacere penitētia: et bonis actibus edificando quos prius scandalizauerant. ¶ Quid et quantum sit restituendum.

Cap. ij.



Circa autē ipsam restitutionem: sunt loco videnda: q̄ in hoc versu p̄tinētur. Quis: quid: vbi: p̄ q̄s cui: quomodo: q̄n. Et q̄ de primo dicitur est supra in. c. p̄cedenti: iō primo omisso videndus est de alijs. ¶ Quantum igitur ad scdm. s. quid sit restituendum et quantum. Sciendum q̄ ablatum si p̄t. xliij. q. vi. c. si res. Et si est aliqd̄ fructificans etiam fructus eius: vel aliter satisfaciendum quando id restitui nō potest. Sed pro h̄mōi declaratio ne sciendum q̄ damnus potest quadrupliciter inferri. Primo quoad animam: auferendo ei virtutes infusas et mortales. Secundo quoad corpus inferendo ei lesiones corporales. Tertio quoad honorem: et famam p̄ vituperationes verbales. Quarto q̄

ad substantias p̄ actiones criminales. ¶ Quātū ad primū notandum est: q̄ n̄uis nemo possit esse cā sufficiens pct̄ alteri: nec p̄ cōsequēs ei auferre virtutes direcere et efficaciter. q̄ volūtas cogi nō p̄t: vbi p̄sistit pct̄m. p̄pter q̄ dicit Ambrosius. Nō est q̄ cuiq̄ nostrā ascribam⁹ erūnā. Nemo em̄ tenet ad culpā nisi p̄pria volūtare deflexerit. xv. q. j. c. nō est. p̄t tñ aliquis esse alteri occasio magna peccati: et decretalis dicit. Qui occasione dāni dat damnū quoq̄ dedisse videt. ca. Si culpa, extra de iniur. et dā. da. p̄tēsi autē aliq̄s esse occasio dāni alterius quadrupliciter. Primo verbo suo inducendo alterū ad pct̄m. Secūdo a meliori bono retrahēdo. Tertio malo exemplo scandalizando. Quarto virginē seductorie deflorando. ¶ Quantum ad primū inducit quis aliū ad pct̄m verbo: suadendo: consulendo: precipiēdo idq̄ est mortale. Et tūc est occasio perditionis illius: q̄ p̄ hoc auferunt illi gratia et virtutes ab aīa. Vñ August. Si fratri tuo male persuades occidis scz illum quoad animam de pe. dist. j. noli. Et talis damnificas scdm̄ Sco. in. liij. di. xv. q. iij. tenetur restituere dānū modo sibi possibili. s. inducendo enim efficaciter ad p̄niam: et ad virtutes sine actus h̄tuolos. Et si sola inductio per verba nō sufficit quis facilius est p̄nertere q̄ cōnertere tenetur quātū p̄t p̄ ofones suas et ab alijs procuras.

tas: et p̄ aliorū suasionē efficacē dū tñ illis nō p̄dat peccatuz occultū p̄dicti. ¶ Quātū ad scōz scz renocādo aliquem a meliori bono fit hoc dānū alteri cū renocat eū a religione in qua p̄fecti⁹ vni⁹ q̄ in seculo. Et talis dānificās tenet ip̄z renocatum ab eo reducere ad ingressuz vel reuersionē ad religionē. Itā scōm p̄. de pa. l. iij. dist. xv. q. ij. ar. ij. non solū ille qui inducit p̄fessum ad egressum religionis tenet ad inducēdū ipsuz ad ingressum religionis: v̄ ad reuertēdū: sed etiā q̄ trahit illum: q̄ volebat ingredi nec tū intrauerat: tenet illuz inducere ad ingrediēdū. Quod si ille nollet intrare tenet aliū seque idoneū p̄curare. Quod si nō potest tenet ip̄e intrare q̄ intelligēs Ray. postea maḡ ordinis p̄dicatorū: q̄ auerterat quēdā ab ingressu religionis: postea p̄ eo intravit. Rō ē: qz abstulit dño seruum suū nonitiū vel intraturū. Hec p̄. vbi. s. Sz Sco. dicit hoc esse verū de obligato ad religionē obligatione p̄fessionis: non aut̄ de eo q̄ erat disposit⁹ ad intrandū: nec tñ intrauerat. Rō diuersitatis est: qz interest inter h̄re et p̄pe esse h̄re. Vñ nō tenet ad tātā restitutionē religiōi: ad quātā tenet si fuisset i religioe sz tenet ad aliquālē restitutionē. s. aliquālē inductionē illi⁹ vel alteri⁹ equiualentis ad ingressuz religionis. Hec Sco. in. iij. dist. xv. q. iij. in fine. Idē v̄ dicenduz d̄ eo q̄ auerit nonitiū religionē

iā ingressum aīo p̄manēdi: sicut de p̄fesso. Itā talis obligat religioni: salte in gñe. Et hoc intelligēdū est: si retraxerit illū intentione dānificādi religionē: tunc em̄ tenet religioni. Si aut̄ hoc fecit intentione consulēdi pp̄rie utilitati sue sine fraude: non tenet religioni quoad eū q̄ nōdū intravit: sz ipsi p̄sone quā retraxit p̄suasionib⁹: et alijs bonis sp̄ualibus ad equalentiā eoz in q̄bus dānificauit. Hec Scotus vbi. s. Si aut̄ q̄s auerteret aliquē a religionis ingressu nō simpliciter: sz ab ea vbi dissolute vni⁹ intendens p̄uidere salutē illi⁹: in nullo tenet. ar. xxij. q. v. c. de occidēdis. Et ex his p̄z p̄m Joā. de rip. in quodā trac. de p̄scrib⁹: qd̄ dicendum sit de his q̄ scholares retrahunt et subtrahūt doctorib⁹. cñz q̄b⁹ audiūt: qz aut hoc faciūt in odiū doctorū vel volētes sibi p̄uidere vel alijs p̄uidere: vel volētes scholaribus p̄uidere. si p̄mo nō: aut subtrahit scholarē q̄ iā intrabat scholas et tūc tenet doctori ad restitutionē salariū et honoris sibi subtracti. Si etiam doctor cui tal̄ subtrahit sit melior q̄ ille cui eū p̄curat: tenet tali p̄ quanto utilitatē scie sibi subtrahit. Si aut̄ nōdū scholas intravit sz intrare disponebat: non tñ tenet: sz obliget scholarē inducere vt reddeat ad p̄mū. Si aut̄ hoc facit volēdo sibi p̄uidere puta ē doctor: et vult sibi de scholarib⁹ p̄uidere. si hec sine fraude facit: et scholaris nondū se dederit ali

doctore: nō credo eū in aliq̄ obligari: cū cuilibet sit licitū mō licito ⁊ debito ꝑcurare vtilitatem suaz. Aliiter nō credo sibi licere. Si aut̄ hoc facit volēs aliū ꝑuide re. sicut qñ scholaris alicui⁹ doctois subtrahere conat̄ scholaris res alijs doctois: vt intrent cū doctore suo: i hoc solū honores ⁊ vtilitatē sui doctois intēdēs: si subtrahat intratē cūz alio doctore: credo ipm̄ obligari: nisi forte illi⁹ doctois: cui subtrahit eū in sufficiētia: ⁊ scholaris aliqua spālis cura q̄ sibi tenet excuset. Si aut̄ retrahat intrare volētē: cū ex hoc nullū ius doctore sit acq̄sitū ⁊ hoc facit sine fraude non credo eū doctore i aliq̄ obligari. Obligatur aut̄ scholaris si eū retrahat ne audiat meliorē. Si aut̄ hoc facit vtilitati scholaris volēs ꝑsistere: ⁊ sup hoc a scholare req̄sit⁹ ꝑtulit: q̄ audiat aliū doctore meliorē: bñ facit. Et dicta in his casib⁹ sunt ceteris parib⁹ intelligēda. Iste em̄ casus est ita varijs modis circūstātiālis: q̄ vir pōt dari certa regla. hec ille. ¶ Quā tū ad tertiu⁹. s. dānicādo alios suo malo exēplo: sicut scandalizant ꝑlati subditos suos pōpis ⁊ lasciujs: ⁊ alijs malis morib⁹ suis. mulieres suis supfluis ornatib⁹: ⁊ fucis ⁊ tripudijs: ⁊ alijs manifeste peccātes: ⁊ ꝑcipue qñ hoc intēdūt vel ꝑtenuū seu ꝑ ꝑpendiū scandalū aliorū ꝑpter qd̄ aut ruūt in diuersa vitra de q̄ bus in euāgelio. Ne mūdo a scādalis: tales tenent̄ ad satisfaciē

dum bonis exēplis manifestis. Nō aut̄ tenēt ab hoc ad aliquaz publicā ꝑniam: vt dicit Alb. sed ad edificādū alios bonis exēplis manifestis: sicut scandalizauerūt ꝑ mala manifesta. ¶ Quā tū ad quartū. s. de seducēte virgine ⁊ corrupēte extra m̄imonituz s. l. Exo. xxiij. Si seduxerit q̄s ḡginē necdū despōsatā: do: mieritq̄ cū ea. dotabit eā: ⁊ habebit eam vxorē: aut reddet ei pecunias iuxta modū dotis quaz ḡgines solēt accipere. Dānicant̄ em̄ talis illā in castitate virginali. auferēdo ei thesaurū irrecupabilē: vñ tenet ei saltē ad restōnē castitatis ꝑngalis: accipiēdo eā in vxorē: vel dotādo. Et si qdē ꝑmississet eā ducere in vxorē: tenet ad hoc etiā rōne ꝑmissionis: nisi esset nimis disparis ꝑditionis: vñ fraus potuit deprehēdi: ⁊ tūc satisfaciat ad arbitriū boni viri: et idē forti⁹ qñ violētāuit eā. Quā nis aut̄ ꝑceptuz legis moꝑalce allegatū sit iudiciale: ⁊ in quātū ad hoc nō obliget: tñ in quātū sumptuz est ꝑ statuto ab ecclesia vel aliqua ciuitate: obligat sicut patet extra de iniur. ⁊ dam. da. c. Si culpa. ⁊ c. s. ⁊ c. seq. ¶ De scā dānicatione: q̄. s. fit corpori ꝑ lesiōnē. Aduertendum est q̄ quattuor modis ꝑtingit. s. ꝑ occisionē: ꝑ mutilationē: ꝑ percussionē: ⁊ ꝑ incarcerationē. Si ergo fiat dānū primo modo scbz Sco. in. liij. di. xv. q. iij. potest satisfacere sustinēdo penā taliōis a iudice non a se: nec etiā tenet

iudici se offerre: sed captū non lz se defendere aut carcerē infringere: sed inuenta opportunitate licet fugere: scdm Thm̄ .ij. q. lxix. ar. iij. 7 Hen. 7 cōdēnat^o debet patienter mortē ferre. Est et ali^o mod^o scdm Sco. vbi. s. sibi vtilis ad satisfaciendū: quibus ad hoc nō teneatur necessario: vt. s. exponat vitam suam in cā iusti belli: vel cōtra inimicos fidei et ecclie pro restituēde seu satisfactiōe fienda illi: cui^o vitā abstulit. Sed si nec hoc vult facere: tenetur ad satisfactiōem spūales pro anima occisi: vt faciendo elemosynas p eo: vel ad sumēdam aliquam pegrinationez ad limina apłozū: vt sc̄i Jacobi et huiusmodi p ala eius: et procurandū alioz orationes in quātū pōt. Nec hoc sufficit: sed si interfect^o habuisset aliquos: vt patrem et matrē filios 7 hmōi: quos operibus manuū suarū sustentabat tenet interfectoz oibus illis ad tantū quātum illis abstulit sub sidij per occisionē eius. Insuper occisor tenet placare lesos quantum potest. Hec Sco. in. iij. dist. xv. q. ij. Quātū ad sc̄z. s. de mutilatione dicit idē Sco. q p hmōi nō est statuta aliq̄ pena in ecclesia nisi pecuniaria: 7 ista d̄z r̄ndere nō solū damno qd̄ intulit p mutilatione pro toto tpe futuro: qua vlturus esset qd̄ membro abscisso: s̄ etiā expensis appositis in curatione: vt habetur ex d̄ in tur. 7 dam. da. c. i. Et vltra hoc tenetur ad placationem lesi quā

tuz in ipso est: 7 cōsolationem ipsius afflicti: q̄ afflictiō ppetua ē. Pl^o etiā pōdēnda est mutilatio pauperis q̄ dimit: si magis egebat pte abscissa ad victū necessariū: puta si abscissa esset manus dextra scriptori qui de illa arte vinebat: tūc em̄ magis tenetur. Quātū ad tertiu videt deum optime imposuisse satisfactiōē sc̄z in lesione vel percussione: vel vulneratiōe corporall. Exo. xxj. vbi d̄. Si rixati fuerint viri 7 p cussit alter primū suū lapidē vt pugno: 7 ille mortuus nō fuerit: s̄ iacuerit in lecto: si surrexerit: 7 ambulauerit foris sup baculū suū: innocēs erit q̄ p cussit sc̄z a mortis pena sustinenda ita tñ q̄ operas quas interim sic neglexit: impeditus p cussura: 7 impensas i medicos restituat. Cui pene addenda est reconciliatio: quātuz in eo est. Quātū ad satisfactiōē de quarta lesiōe. s. in carceratiōe: vel detentiōe. Sciendū q̄ vltra recōciliationē 7 veniā petiā lesio fiet satisfactio in iniurie: put sapiēs determinabit. Et lesus pl^o vellet exigere q̄ deberet: ad illū pl^o nō tenet ledēs. vt illū recōciliet. Hec. Sco. beat^o Tho. ij. q. lxij. ar. j. 7 i. iij. dist. xv. q. j. ar. v. dicit q̄ in omnibus damnis vbi nec in se nec equalēti pōt fieri restitutio: vt mutilatiōe mēbr̄i 7 hmōi satisfactio fiet p recōpēsationē ad arbitriū boni viri: idē Guil. Et q̄ exiliū reputat vt qd̄ carcer in iure: tō q̄ mittit aliquē in exiliū: vel ad

cōfiniū: q̄ est exiliū ad tēp^o inin-
 ste: tā ip̄e q̄ omnes h̄mōi dātes
 auxiliū: aut p̄siliū efficac̄ ad hoc
 tenent̄ exulāti de oi dāno inde
 secuto ex hoc ad satisfactioez.
 ar. eē de homi. c. sicut dignum. et
 xj. q. ij. c. q̄ p̄sentit. De tertia dā-
 nificatione. s. in fama et honore:
 sciendū q̄. iij. modis pōt p̄ringe-
 re. s. p̄ p̄tumelie illationē: p̄ stra-
 ctionē: p̄ detractiōis ab alijs fa-
 cte recitationē: p̄ veritatis nega-
 tionem: cum quis accusat iuste.
 ¶ Quātū ad primū d̄: quis con-
 tumeliā facere alteri seu p̄tume-
 liam inferre: cuz priuatim ei vel
 corā alijs in facie dicit cōtume-
 liā importantē notabilē defectū
 culpe: vocādo eū latronem leno-
 nē: proditorē: adulterū: et h̄mōi:
 vel cū dicit verba exprimētia de
 defectū nature: vt cū dicit intēdēs
 inde iniuriari: vt vocando stra-
 bonē vel illegitimum et h̄mōi q̄
 proprie d̄: cōnitum. Qū igit̄ q̄s
 hoc facit aīo iniuriādi vltra offē-
 sam mortalē tenetur satisfacere
 proximo sic leso: et ipsum placare
 quantū pōt petendo veniam v̄l
 alio mō: et hoc vel in priuato vel
 publico: s̄m q̄ ipse priuatim vel
 publice iniurias intulit: sen con-
 tumeliā. Mas si in publico cōtu-
 meliā intulit: et hoc p̄tumeliat^o
 requirit vt in publico veniaz pe-
 tat: tenetur ad hoc. Et si in ipsa
 cōtumelia aliqd̄ criminale falso
 expressit tenet̄ corā illis qui hoc
 audierūt exprimere se falsum di-
 xisse: Aug. Ubi p̄ctm̄ ortum fue-
 rit: ubi moriatur. ij. q. j. c. si pecca-

nerit. Verū si prelat^o subdito p̄
 filio: vir vxori: maḡ discipulo:
 dñs seruo dicat verba p̄tumelio-
 sa: faciēs hoc ex correctiōe: nō te-
 netur petere ventam a tali: s̄m
 Aug. in regula dicentē de p̄lat̄.
 Si ipsi modū vos excessisse sen-
 titis: nō a vobis exigitur vt a vo-
 bis subditis veniā postulet̄. et.
 Sz si hoc faceret multū iniurio-
 se et limore vindicre: tunc teneret̄
 prelat^o a subditio petere veniā:
 et recōcillare lesū s̄m Ray. Idez
 tenet̄ glo. i. c. q̄. lxxxvj. dif. Verū
 si contumeliā recipiēs in verbis
 post contumeliā domestice p̄uer-
 satur cū p̄tumeliāte et familiari:
 videt̄ ostendere sibi remissam in-
 iuriā et recōsiliatum fore: et conse-
 quēter nō tenet̄ alias ad peten-
 dū s̄m Durā. l. sum. ¶ Quantū
 ad sc̄m dānū. s. per detractiōnē
 hoc p̄tingit fieri p̄cipalr̄ duob^o
 modis. Primo modo imponen-
 do alicui falsū crimē s̄bo: cantū
 lena vel famoso libello. Et talis
 tenet̄ illi corā quib^o detrahit de
 clarare se falsum dixisse: quātū-
 cūq̄ ei exinde exurgat erubescē-
 tia et cōfusio: nisi ex hoc imineret
 ei magnū periculum vite: vel ali-
 qd̄ magnū. incōueniēs sequeret̄.
 Et si nonerit q̄ is cuius famam
 abstulit sciuerit detractorē ip̄m
 tenet̄ detrahens cōponere cū in
 famato per eū de iniuria sibi fa-
 cta et veniā postulare in p̄pua p̄-
 sona si audet: vel per aliū si p̄ se
 opte nō pōt. Sed si ignorat dis-
 famat^o detrahētē reconsiliet̄ et
 tacito noīe suo. Sc̄do mō contiū

git fieri detractio[n]ē dicendo ali
 q[ui]s criminale de alio inductiun[is]
 infamie corā alijs: sed vere p[ro]p[ri]e
 tractū occultūz fr̄: sed mō iniusto
 p[ro]tra debitū ordinē: talis tenet sa
 mā restituere infamato q[ui]tū p[ro]t
 sine mendacio: fr̄. vt. s. non dicat
 mēdaciose se illū infamasse: sed
 dicat se male dixisse z iniuste dif
 famasse: v[el] alio p[ro]prio modo: vt
 nō credatis ipsū esse talē: male
 dixi z stulte locut[us] sum et h[uius]m[od]i.
 Addit Post. z dicit hoc seruādū
 nisi ex tali publica recognitione
 ille infamat[ur] amplius infamare
 tur. z Guil. ad hoc etiaz addit: q[ui]
 non tenet q[ui]n piculū sibi iminet
 ex potētia aduersarij. Videt in
 sup[er] hoc seruādū q[ui]n crimē q[ui]
 p[ro]p[ri]e erat occultū: post detractio
 nē vel denunciatio[n]ē factū ē ma
 nifestū p[er] aliū modūz q[ui]s per s[er]ba
 illi[us]: nō tenet ad h[uius]m[od]i restitutio
 nē. Q[ui]n etiaz nō p[ro]t q[ui]s famā resti
 tuere s[ecundum] Tho. q. ij. q. lxij. arti. ij.
 dz p[er] aliū modū recōp[er]are dam
 num illud. Verū si q[ui]s crimē ali
 cuius occultū renelat nō ex odio
detur q̄ dicitur est in tractatu de
restitutionibus. c. vi. quez alias
pape scribi fecistis.

Utrum de licentiā pape possit

quis audire diuina: et suscipere
sacramenta a scismaticis.

Triodecimo. si de licentiā
pape potest quis audire diuina
et suscipere sacramenta
celebrare et h̄mōi a scismaticis ex
cōdicatis hereticis: et hoc in terris
eorū. Responsio dicēdū q̄ nunq̄
licentiā daret predicta faciēdi. si
tū daret non est dubiū: quin au
diri diuina ab eis possēt. de sus
ceptione h̄o sacramētōz distin
guēdū est: qz recipere sacramētū
baptismi et eucharistie maxime
tpe ḡn̄alis: siue paschalis cōso
nis: nō videtur aliqd̄ p̄eindiciū
suscipiētis cuz licentiā generali.
Sac̄m̄ h̄o ordinis adhuc cuz li
centiā pape posset ab hereticis
scismaticis et h̄mōi suscipi. Nam
quibus executionez ordinū nō cō
ferant tales: sac̄m̄ tū verū et in
tegrū p̄terūt vt h̄r̄ in decretis. f.
q. i. p. totū. Concurrente autē licē
tia pape: ecclesiasticū illud impe
dimentum non videtur. Quō h̄o
quō confiteat scismatico: et h̄mōi: vt
a pctis absoluat papa conce
dere non posset: cū ei autoritas
absoluedi a xp̄o derinet in sa
cerdotem per papā: qua autori
tate queso absoluerē qui est a
capite ecclesie precisus.

Utrum tpe scismatis possit quis
esse neutralis.



Quartodecimo. Si tē
pore scismatis potest
quis esse neutralis: et
quid de beneficiatis
in obedientia p̄sen
do pape qui non adherent: mē

te tamen exterius in multis pa-
tent vel saltem solvunt &c. an in-
currant aliquam censuram? Vel
quid si in beneficio loco sui ali-
seruit & obedit scismatico. Ad
hoc dubium trifurcatum respō-
deo. Pro primo membro dicitur
q̄ articulus iste scilicet esse neutra-
le tēpore scismatis alias fuit di-
sputatū. & conclusum est q̄ ta-
lis neutralis heresim sapit. Nā
sic credere est quodāmodo eccle-
siam sine capite estimare: quod
erroneū est. Simples hō q̄ cre-
dunt pseudo papam esse verum
papā & p̄ osium intrasse: quoad
deū excusantur. Quoad secundā.
Tales oīno scismatici cēsentur.
Corde em̄ creditur &c. et sniam
excōicationis incurrunt ipso fa-
cto. Quoad tertiu dicens q̄ ma-
le agit: q̄ loco sui illū ponit quez
novit pseudo pape obedire pa-
ratū. prebet em̄ ei i. ēritū peccā-
di cum rōne beneficij &c. De hu-
iusmodi materia vide in. ij. pa-
te sum. ti. ij. c. xj.

¶ **U**trum possim facere fructus
meos de possessiōe impignorata
sub specie venditionis.



¶ **Q**uintodecimo. susce-
pi in pignore sub spe-
cie venditionis & em-
ptionis aliquam pos-
sessionem: ego sumo
fructus: aut vitur meis pecu-
nijs ducus conscientia volo si-
bi dare possessionem: et peto pre-
ciz datū intēdēs fructū cōputa-
re i forte vel cū eo pasciscā: ali-
nō vult nec curat: an ego possiz isto

medio facere fructus meos. Ad
istū casum q̄ quotidie p̄tingit: di-
citur q̄ iste d̄z detegere vsurā p̄
signa vt p̄ diminutionē ad pos-
sessionē & h̄mōi: & suffragiū curie
spūalis innocare: vt h̄mōi vendi-
tio fraudulēta rescindat. quis si
nullo mō possit se innare sibi im-
putet & fructū deinceps nō perci-
piat: nisi forte in sorte cōputādo
Ex quadā th̄ naturali equitate
posset dici q̄ nullo mō potest se
innare: p̄nta qz mutant cōitāt
vt Janne. & Sagone sepe contin-
git & h̄mōi: posset aliquid vltra
fortem recipere rōne interesse.

¶ **U**trum teneatur quis recede-
re ab illa persona cui cohabitatio
non potest vitare mortale.



¶ **S**extodecimo non pōt
q̄s vitare pctiā mor-
tale p̄pter fragilita-
tē suā habitādo cum
marito: vel vxore vel
patre: vel matre: vel filio vel filia
an teneatur recedere ab illa per-
sona vel potest de domo eijcere
sine peccato. Dicēdū q̄ q̄z iste
casus de facili cōtingere nō pos-
sit: n̄ vbi cōtingeret nulli dubiū
q̄ a tali persona ob cuius p̄sen-
tiā a mortali abstinere non pōt:
discedēdū esset & i hoc casu mul-
ta dicēda forēt: p̄nta q̄ si ab vxore
maritū discederet quoad tho-
ri cōiunctionē eā patefcat & h̄mōi
que discretioni vestre ac p̄nden-
tie cōsideranda relinquo.

¶ **U**trum beneficiarius teneatur
dicere officiū q̄n aliis seruit pro
eo in beneficio.

Decimo septimo. Beneficiarius per alium servit beneficio ponens aliquem loco sui dicat officium divinum: an ipse etiam teneat dicere officium: videtur quod non: quia per alium servit: et dici facit. Respondeo: beneficiarius, in sacris: siue habeat beneficium: siue non: siue fructus beneficium ipse percipiat: siue alteri pro se ecclesiam officianti eisdem assignet: non absolvitur ab onere dicendi horas canonicas nisi infirmitate vrgere. Si vero non habet beneficiarium: vel clare non videat: et huiusmodi: dicat horas suas pro potest: supplendo psalmis: et oratione divina quod in libro dicere non valet. Clericus vero simplex beneficiarius: siue beneficium sibi retineat siue alteri pro se officianti fructus omnes resignet: tenetur dicere officium: nec valet si dicatur: quia beneficium datur propter officium: et hic dicit officium: ergo etc. Nam isto modo clericus simplex beneficiarius non habens beneficium pro sufficere sustentatione sui non teneat dicere officium quod in falsum est: quia quantumcumque sit beneficium modicum tenet clericus quod illud habet in titulum dicere officium secundum doctores. Nec i. iij. parte sum. tit. xij. c. iij. §. i.

Utrum gener possit accipere a socero tantum pro certum: quoniam non dat sibi dotem nec pignus.



Decimo octavo. Socer non dat dotem genero sustentanti onera matrimonii: nec possessionem pro pignore:

an possit ab eo aliquid recipere pro certenario: puta. x. vel a quolibet alio habere dotem: vel si possessio non pignoratam sibi potest genero tradere pro certo sicut annuo: secundum Jo. an. dicendum est quod non. Pan. vero de eleaza. dicit quod sic. Istud casum videre potestis. in. ij. parte sum. tit. i. c. vij. §. xxvij.

Utrum donatio non libere facta valeat.

Decimo nono. creditorum meo publicam donationem decem florenorum: quia nihil inde sperabam habere: vel ne incurrerem damnus: virum post hanc donationem possim alias de bonis eius inuenire: vel ab alio oblati accipere. et si accepi an teneat eidem restituere. Dicendum est quod sic: quod possit accipere de ratione: cum donatio est liberalis et voluntaria translatio donans: quod non contingit in casu posito: et ideo sibi licebit satisfacere de bonis illius inuenire quomodocumque licet alijs damnificatus quasi non donasset.

Utrum emens in isto precio possessionem vel quid huiusmodi: possit ipsum venditorem inuestire.

Uigesimo. emens in isto precio possessionem centum florenorum possessionem et inuestio venditorem pro sex saccis frumenti. vel intendo emere sicut sex saccorum pro centum florentis emendo et loco cado aliquam possessionem ei a quo emi. Ad istud casum pro prima parte sui dicendum est: quod casus est honestissimus dummodo ibi pretio iusta: siue si

etiam statuat: quod quandoque non contingit. Nam ut plurimum tales venditiones cum locazione sequenti eidem vendenti facta ob paupertatem fieri solent: quod aduerentes emptoris grauant conductores iniusta pensione.

¶ Quantum ad scdam partem dubij: dicendum fm Inno. q si reditus predictorum sacerdotu fructu meti sit pstitur ante contractum contractus erit licitus. Si vero contractus constituitur de nouo dicit idem Inno. cunctis fidelibus esse consulendum qd a tali contractu se abstineant. et Joan. an. dicit q est illicitus: et vix videt quomodo talis contractus possit sine fraude fieri. Iste contractus multum practicatur in quibusdam partibus lombardie: et frequentius fit in fraudem vsu rarius: quia nec ille intendit pprie nec ille intendit pprie emere: nec ille liberaliter vendere: vnde et fit pactum rescindendo contractu. Puto q practica istius casus satis sit vobis nota. vt refertur Inno. aliqui dicunt tale contractu esse licitum. et Hosti. expresse dicit casum esse licitum et veram venditionem: dummodo non fiat in fraudem vsurarium.

¶ Curus medicis liceat vti mortuorum ossibus ad sanitatem.



Igesimo prio. queritur vtru medicis liceat vti mortuorum ossibus ad sanitatem viuorum procurandam: prout realis

medicne disciplina requiritur scilicet se moris quibuscumq su perstitiosis obseruatis. Ad hoc frater Petrus de arimino: et frater Antonius de florentia inter rogati responderunt dicentes: qd nunq potuerunt inuenire aliquem tertiu vel doctore hoc prohibente vel illud affirmante: et ideo concludunt q licitu est medicis vti ossibus mortuorum ad sanitatem viuentium hominum prout natura: et simplex disciplina medicine reliquerit. Notet hic cofessores quod beatus Tho. dicit in qonibus de quolibetis: quolibet. ix. q. viij. ad. ij. in. c. q omnis questio in qua de pcto mortali querit: nisi expresse veritas habeat periculose determinat: q error quo non creditur esse pctm mortale: quod est pctm mortale: conscientia non excusat a toto: licet forte a tato. Error vero quo credit esse mortale. ex conscientia ligat ad pctm mortale. precipue aut periculosum est: vbi veritas ambigua est hec Tho. vbi. s. Sed illud primuz fm Archiepiscopu florentinu. videtur sane intelligendum: qn scz erraret ex crassa ignorantia. secus si ex probabili pura quia consulit peritos in tali materia: a quibus sibi dicitur illis tale non esse mortale.

¶ Finis decisionum. quarunda questionum in foro conscientie fm determinationem reuerendi dissimi patris Domini Antonii archiepiscopi. Floren.

Tabula:

Incipit tabula materiariū p̄n-
cipalium q̄ in hoc lib. cōtinētur.

Tactat⁹ de cōfessore
qui hic primo ponit̄
diuidit̄ in tres ptes:
quaruz prima est de
pt̄ate seu autoritate
confessoris: r h3. xv. cap.

De potestate seu autoritate
cōfessoris: r quis possit vel non
possit. audire confessiones.
cap. i. fo. ij.

De ordinario cōfessore vniuersi-
tatis quo ad ecclesiasticas pso-
nas. cap. ij. fo. ij. r. iij.

De cardinalibus. fo. eo.

De patriarchis r alijs. eo.

Abbatissa quid possit in sp̄iali-
bus. fo. ij. r. iij.

Cui debeant laici ordinare con-
fiteri cap. iij. fo. eodem

Casus. octo in quibus p̄t̄ q̄s al-
teri cōfiteri q̄ proprio sacerdo-
ti sine eius l̄nia. cap. iij. fo. v.

Quis possit committere. et quis
nō audientiam confessionum
cap. v. fo. vi. r. vij.

Quomodo quando curatus vel
presbyter parochialis possit da-
re vel denegare licētiā alteri
confitendi subdito si petat illā
cap. vi. fo. vij.

De religiosis q̄ non possūt andi-
re cōfessiones sine l̄nia prelari
sui. cap. vij. fo. vij.

De pt̄ate audiēdi cōfessiones tri-
buta fratribus predicatorib⁹ r
minorib⁹ a iure per tex. cle. du-
duz. §. statuimus. de sepul. quo
fieri possit et quomodo exponi-
tur. cap. viij. fo. eo.

De effectib⁹ qui sequūtur ex cō-
missione audiētie confessionis
alteri facte cap. ix. fo. ix.

Differentia inter fratres presen-
tatos s̄m formā cle. dudum. et
differentia inter sacerdotes cu-
ratos. cap. x. fo. x.

De casibus multiplicibus epi-
scopis reseruat̄: de quib⁹ agi-
tur in si. cle. dudum. de sepul.
cap. xj. fo. xj.

De sacerdote q̄ absoluit aliquez
a casu a quo nō potest absolue-
re. cap. xij. fo. xij.

An in ḡhali cōfessione cōtineatur
specialis. ca. xij. fo. xij.

Quid possit penitentiarij curie
romane. ca. xij. fo. xij.

Quid sciendum q̄ cōfessor nō in-
telligit penitentē. ca. xv. fo. eo.

Finitur tabula prime p̄tis.
Incipitur tabula secūde par-
tis que erit de scientia cōfesso-
ris: r habet. §. v. fo. xij.

Quis duplex ē clavis ordinis. s.
scientie r p̄sentie. §. i. fo. eo.

Quanta scientia requiratur in
cōfessore. §. ij. fo. xij.

An cōfessor teneat̄ scire an pct̄ā
in cōfessione audita sint morta-
lia vel non. §. iij. fo. xij.

Quia iteranda est cōfessio in sex
casibus. §. xij. fo. xij.

An valeat. confessio ab incontri-
to facta vt eaz iterare nō opor-
teat. §. v. fo. xvj.

De attritione r p̄ritiōe. fo. xvij.

Serdecim p̄ditiones que requi-
runtur in omni bona cōfessio-
ne fienda. fo. eodem.

Finitur tabula secūde par-

Tabulā.

Ha huins operis.

Incipitur tabula tertie partj
huins operis que erit de bonita
te cōfessoris: et habet. §. x. xvij.
Qualem oporteat p̄fessorē eē in
exercitio talis officij. §. i. fo. eo.
Dno dz h̄fe. p̄fessor bon⁹. eodē.
Quomodo se habere debeat cō-
fesso: erga penitentē. fo. xix.
Quo ordine fieri debeāt interro-
gationes et de quibus. fo. xix.
In interrogationib⁹ s̄c̄dis tria
debent observari. eodem.
De circūstantiis peccatorū et ibi
versus earum. §. iij. fo. xix.
Circūstātie pctōrum consistende
sunt i multiplici genere. fo. xx.
Circūstantie q̄ trahunt pctm̄ ad
aliud gen⁹ sunt p̄fite. fo. xxi.
Pctm̄ cōmissum die festo trahit
ad circūstantiā aliā. eodem.
Cogitatio cum deliberatione rō-
nis in a ctū pcti mortalis absq̄
opere est pctm̄ mortale. eodez.
Pctm̄ diuidit in tria. eodem.
Regule quinq̄ ad cognoscendū
pctm̄ mortale a ventali. fo. xxi.
Que debeat seruare et scire p̄fes-
sor vtilia et necessaria i ipso ex-
ercitio cōfessionis. §. iij. fo. xxi.
Quo se habere debeat confessor
audiendo mulieres. eodem.
Qualis et quāta debeat iniungi
satisfactio seu p̄nia a cōfessore
penitenti. §. v. eodem.
Qualiter se habere debeat con-
fessor penitentiās iniungendo
penitentibus. fo. xxij.
Contraria penitentia debet im-
poni delicio. eodem.
Pro peccato occulto nō dz dari

manifesta p̄nia. eodem.
Memoriale dicende penitēti cir-
ca penitentia faciendā. fo. xx iij
Quid fiendū q̄n penitēs nō cōfi-
terur aliq̄ pctm̄ mortale qd̄ cō-
fessor nouit esse in eo. eodem.
Sacerdos bz soluere vel ligare
tripliciter: et de modo et forma
absoluendi. §. vi. fo. xxiiij.
forma verborum absoluēdi pe-
nitentem. fo. xxv.
De forma et vi verborū q̄ requi-
runtur in absolute. eodem.
forma absolute ab oib⁹s eē
suris et penis tam a iure q̄ ab
homine latis. eodem.
Quid fiendū q̄n p̄fessor absoluit
penitētē de q̄ nō debuit. f. xxvi.
Quid de cōfessore qui nō intelli-
git penitentem. eodem.
An penitēs teneat iterare peni-
tētiā et iniunctā in pctō mortali
factā i toto vel i pte: et an dicta
p̄nia talr facta ei valeat in foro
militātis ecclie. §. viij. fo. xxvi.
Remediū intus sine cōsiliū dā-
dum penitēti: qualiter p̄ficere
debeat p̄niam sibi iniunctā: et
que penitentia debeat sibi dā-
ri securior. fo. xxvij.
De celatiōe p̄fessōis. §. viij. eodē.
Penitentia confessoris confes-
sio nem reuelantis. fo. xxviiij.
Qui teneantur ad sigillum con-
fessionis. §. ix. fo. xxix.
Ad que se extendat sigillum cō-
fessionis. §. xi. eodem.
Quid fiendū q̄n cōfessor indiget
cōsilio sup aliquo casu. fo. xxx.
Explet tabula tertie p̄tis: et p̄
p̄ns ipsi⁹ tractatus de cōfessore.

Alphabetica.

I ncipiunt excommunicatio- nes sedi apostolice reseruate tã a iure quam per processum siue per extranagantes: breuiter re- collecte per ordinem: deinde se- quuntur excommunicatiões re- seruate episcopis vniuscuiusq; dioces. fo. xxx.	D e perjurio. c. i. fo. xxxvij.
E xcommunicationes papales: concernetes religiosos: religio- sasq. fo. xxxij.	D e adirratione. c. ij. eo.
E xcoicatiões: ep̄is ex iure reser- uate. fo. xxxij.	T ertiu p̄ceptũ h̄z. ca. ij. eo.
I ncipit tabula super interro- gatorio.	D e obseruatiõe festoz. f. xxxvij.
I nterrogatorium est secundõ liber sine tractatus huius ope- ris in ordine: z distinguitur in tres partes principales: quaruz prima est. de interrogationibus fiendis a confessore scõz ordines decem p̄ceptorum decalogi: et h̄z cap. xxxij. fo. xxxv.	D e auditõie misse diebõ dn̄icis et festinis. eob.
P rimũ p̄ceptum p̄tinet. ij. eo.	D e obseruatiõe ieiuniorũ: capi- tu. ij. fo. eo.
D e votis. c. i. fo. eo.	Q uartũ p̄ceptũ continet. ij. capi. eo.
D e voti trãsgressione. fo. xxxvj.	D e honore parẽtũ. c. i. eo.
D e sup̄stitutionibus. c. ij. eo.	D e gubernatione familie. c. ij. folio. xxxij.
D e incarcerationibus. eo.	Q uintũ p̄ceptũ h̄z vnicũ. c. eo.
D e adoratione creaturaruz. eo.	D e homicidio triplici. f. cordis oris z operis. eo.
D e diuinationibus. eo.	S extũ p̄ceptũ habet vnicum capitu. fo. xl.
D e arte notoria. eo.	D e luxuria actuali z et̄: specie- bus. fo. eo.
D e constellationibus. eo.	S eptimum p̄ceptum habet capi. viij eo.
D e sortibus. eo.	D e usurpatione rei aliene mul- tiplici. c. i. eob.
D e incantationibus. eo.	C irca usuram. fo. xli.
D e benibus. eo.	D e foccidis aialium. eo.
D e obseruatione temporuz. eo.	D e venditione ad terminuz. eo.
D e somnũs. eo.	D e cambũs. eo.
D e blasphemia dei et sanctorũ multiplici. c. ij. fo. xxxvij.	D e mutuatibus sub spe. eo.
S cõm p̄ceptũ h̄z. c. ij. eo.	D e accipiẽtibus ad usurã. eodẽ.
	D e faciẽtibus statuta in fauorẽ usurariorum. eob.
	D e emptione imp̄estitorũ loco- rũ z montinum. c. ij. eo.
	D e fraudulẽtia q̄ multis modis cõmittitur. c. ij. fo. xli.
	D e satisfactione. c. iij. fo. xliij.
	D e iustitia que fit in iudicio. ca- pi. v. eob.
	D e furto. c. vij. eo.
	D e sacrilegio. q̄b cõmittitur c̄y

Alphabetica.

ca res sacras. c. viij.	fo. xliij.	¶ Ira habet ca. ij.	fo. xlvij.
De rapina violēta. c. viij.	fo. xliij.	De filiabus ire scz indignatio-	fo. xlix.
¶ Octauum preceptum habet	ca. duo.	ne. c. ij.	fo. eo.
De mendacio. c. i.	fo. eo.	De tumore mentis.	fo. eo.
De detractioe. c. ij.	fo. eo.	De clamore.	fo. eo.
¶ Nonum preceptum habet ca	pi. vnicum.	De contumelia.	fo. eo.
De luxuria mentali r' eius spe-	ciebus.	De blasphemia r' maledictione	fo. eob.
¶ Decimū preceptū habet. cap.	unicum.	creaturarum.	fo. eo.
De desiderio habendi res alie-	nas.	De rira.	fo. eob.
¶ Explet tabula sup prima pte	interrogatorij.	De seditione.	fo. eo.
¶ Incipit tabula scōe, ptis inter	rogatorij que est de. vij. vitijs	De bello.	fo. eo.
capitalibus.	fo. xlv.	¶ Accidia hz. c. v.	fo. eo.
Auaricia hz. c. ix.	fo. eo.	De accidia ipsa. c. i.	fo. eo.
De simonia. c. i.	fo. eo.	De filiabus accidie. c. ij.	fo. l.
De prodicione. c. ij.	fo. xlvj.	De desperatione.	fo. eo.
De acceptioe personarum ca-	pi. ij.	De malicia:	fo. eo.
De turpi lucro. c. iij.	fo. eo.	De pusillanimitate:	fo. eo.
De ludo multiplici. c. v.	fo. xlvij.	De rancore.	fo. eo.
De inquietudine. c. vj.	fo. eo.	De ociositate que procedit ex te	fo. eo.
De inhumanitate retinendi re-	na. c. vj.	dio.	fo. eo.
De auaricia amandi res inordi-	nate. c. viij.	De torpore seu pigritia bñ ope-	fo. eo.
De prodilalitate contraria auar-	icie. c. ix.	randi.	fo. eo.
¶ Inuidia hz capi. iij. folio eob.	cap. i.	De enagatōe mentis.	fo. eo.
De odio et filiabus inuidie. capi	tu. ij.	De negligentia seu tepiditate.	fo. eo.
De susurratioe. c. iij.	fo. eo.	ca. iij.	fo. eo.
De exultatione in aduersis capi	tu. iij.	De negligentia confessionis. ca	pi. iij.
De tristitia in prosperis. fo. eob.		De negligentia circa cōmunio-	fo. eo.
		nem. c. v.	fo. ij.
		¶ De inani gloria r' hz. iij. c. eo.	fo. eo.
		De inani gloria ipsa. c. i.	fo. eo.
		De immodestia ornatus. capi	tu. ij.
		De filiabus inanis glorie: et pi	mo de ypocrissi. ca. iij.
		De iactantia.	fo. ij.
		De ironia.	fo. eo.
		De contentione.	fo. eo.
		De discordia.	fo. eo.
		De pertinacia.	fo. l. ij.
		De singularitate nouitatū. f. eo.	

Tabula:

De inobedientia.	fo. liij.	De scismate.	fo. eo.
De gula & habet. c. iij. fo. eo.		De infidelitate paganorum et hereticorum.	fo. lv.
De gula ipsa. c. j.	fo. eo.	¶ Finitur tabula secunde partis interrogatorij.	
De ebrietate. c. ij.	fo. liij.	¶ Incipitur tabula tertie partis interrogatorij: q̄ est de statutibus diuersarum personarum & corinet cap. xvij.	fo. lv.
De insensibilitate.	fo. eo.	De coniugatis. c. j.	fo. eo.
De filiabus gula: & primo de heretidine. c. iij.	fo. eo.	De actu coniugali et peccatis commissis in eo.	fo. lvij.
De loquacitate	fo. eo.	¶ Interrogationes fiende circa coniugatos.	fo. lvij.
De scurrilitate.	eo.	De principibus rectouibus & baronibus. c. ij.	fo. lvij.
De inepta letitia.	fo. eo.	De iudicibus seu quibuscunq; habentibus auctoritatem. cap. iij.	fo. lx.
De choreis.	eo.	De aduocatis procuratoribus & notarijs. c. iij.	fo. lxx.
De immundicia.	fo. liij.	De doctoribus et scholaribus capi. v.	fo. lxxij.
De immundicia seu pollutione purgata.	fo. eo.	De medicis & aromatarijs. capi. tu. vj.	fo. lxxij.
¶ De luxuria: et habet capitulum. ij.	fo. eo.	De aromatarijs.	fo. lxxij.
De luxuria et pertinentibus ad ipsam. c. j.	eo.	De mercatoribus campforibus & psonetis. c. vij.	fo. lxxij.
De delectatione morosa. fo. eo.		¶ De artificibus & mechanicis cap. vij.	fo. lxxv.
De filiabus luxurie. c. ij.	fo. eo.	De lanificibus.	eo.
De cecitate mentis.	fo. liij.	De setariolo.	eo.
De precipitatione	fo. eo.	De tabernario & hospite. fo. eo.	
De inconsideratione.	fo. eo.	De macellario.	fo. eo.
De inconstantia.	fo. eo.	De pistore	eo.
De amore sui.	eo.	De sutoze pannorum.	fo. eodē.
De odio dei.	eo.	De aurificibus.	fo. eo.
De amore vite presentis. fo. eo.		De cerdonibus.	fo. eo.
De horrore futuri seculi. fo. eo.		De fabus.	eo.
¶ De superbia & hys. c. ij.	fo. eo.	De locatouibus equorū. fo. eo.	
De superbia ipsa. c. j.	fo. eo.		
De filiabus superbie: & primo de derisione. c. ij.	fo. liij.		
De ambitione.	eo.		
De presumptione.	eo.		
De temeraria iudicatione. fo. eo.			
De curiositate.	eo.		
De ingratitude.	fo. lv.		
De scandalo.	eo.		
De adulatione.	fo. eo.		
De blasphemia in spiritum sanctum.	fo. ly.		

Alphabetica:

De bistronibus.	fo. lxx.	folio.	eo.
De citharizantibus.	fo. eo.	forma sacramenti abptismatis	folio.
De seruitoribus & laboratoribus	eo.	forma confirmationis seu chris-	lxxxj.
De rusticis & agricolis: cap. ix.	lxv.	ma.	eo.
De pueris & puellis. c. x. fo.	lxxvj.	forma absoluenti a peccatis. f. eo.	lxxxj.
De clericis in communi. cap. ix.	lxxvj.	forma extreme unctionis. f. lxxxj.	lxxxj.
De beneficiatis: & canonicis. ca.	lxxvj.	forma consecrationis corporis	fo. lxxxj.
xij.	lxxvj.	christi.	fo. lxxxj.
De religiosis masculis et femi-	fo. lxx.	forma ordinis minorum: scz fo-	eo.
nis. ca. xij.	fo. lxx.	ma ostiarij.	eo.
De voto paupertatis.	fo. lxx.	forma lectoratus.	eo.
De voto castitatis.	fo. lxxj.	forma exorcistatus.	eo.
De voto obedientie.	eo.	forma acholytatus.	fo. lxxxij.
De officio diuino.	fo. lxxij.	forma subdiaconatus.	eo.
De exercitio.	fo. lxxij.	forma diaconatus.	fo. eo.
De conuersando cum alijs.	eo.	forma presbyteratus.	fo. eo.
De oratione & confessione.	fo. lxxij.	forma sacramenti matrimonij.	lxxxij.
De amore parentum.	eo.	¶ Expletur tabula super tertia	pte in interrogatorijs. & ab hoc to-
De platis in communi. capi. lxxij.	lxxvj.	tus summule confessionalia: do-	mini Antonini.
De episcopis platis et superio-	fo. lxxv.	¶ Incipit tabula sup tractatu	de restitutionibus cuius sunt.
ribus: capi. xv.	fo. lxxv.	ca. vij.	fo. lxxxij.
De iudicando in foro contentio	fo. lxxvij.	¶ Cap. primu de restitutionibus	in genere.
fo.	fo. lxxvij.	¶ Prima manus feneratoria. f. xc.	fo. lxxxij.
De absoluteione et penitentie in	fo. xxvij.	¶ Manus raptoria.	fo. lxxxij.
iunctione. ca. xvj.	fo. xxvij.	¶ Manus furatoria.	fo. lxxxij.
De modo absoluenti ab excom-	f. lxxvij.	¶ Manus bellatoria.	eo.
municatione maiori. f. lxxvij.	fo. lxxvij.	¶ Manus danificatoria.	fo. eo.
De penitentia iniungenda peni-	fo. lxxix.	¶ Manus picipatoria.	fo. lxxxij.
tenti.	fo. lxxix.	¶ Manus sacrilega.	fo. eo.
De infirmis & quid agendum sit	fo. lxxix.	¶ Manus iniuste indicatoria. f. eo.	fo. lxxxv.
erga eos. ca. xvij.	fo. lxxix.	¶ Manus in iudicio iniuste assisto-	ria.
Forma absoluteionis in articulo	fo. lxxxj.	¶ Manus fraudatoria.	eo.
mortis.	fo. lxxxj.	¶ Manus falsificatoria.	fo. eo.
Forma absoluteionis ab excoica	fo. lxxxj.	¶ Manus proditoria.	fo. lxxxvj.
ratione minoru.	fo. lxxxj.		
Forma absoluteionis minoru. ex			
communicatiōis & peccatis.			

Tabula:

- Manus simoniaca.** fo. lxxxvj.
Manus impeditoria. fo. eo.
Manus lusoria. fo. lxxxvj.
**Manus locationis & conductio-
 nis vitiatoria.** fo. eo.
Manus turpiter locatoria. folio
 lxxxvij.
Manus detractoria. fo. eodem.
Manus persone lesozia. fo. eod.
Man^o animarū pdicatoria. eo.
**¶ Cap. ij. de restitutionibus: in
 quo ostenditur quid et quātū
 sit restituendum.** fo. lxxxvij.
**De damno quod inferitur homi-
 ni quo ad animā auferendo ei
 pntes infusas & morales: quo
 ad contingit fieri quatuor mo-
 dis.** fo. lxxxix.
**De secūda damnificatione que
 inferitur homini quo ad corp^o
 inferēdo ei lesiōes corporales
 quod etiaz contingit fieri qua-
 tuor modis.** fo. lxxxix.
**De tertia damnificatiōe: que in-
 fertur homini quo ad famaz &
 honorē per vituperatiōes ver-
 bales: quod etiam sit quatuor
 modis.** fo. xc.
**De quarta dānificatiōe que in-
 fertur homini quo ad substan-
 tiaz temporalē: prout perinet
 ad restitutionē male ablato: h
 certorum & incertorum.** fo. xcj.
**Utrum omne lucrū qd quis fa-
 cit ex re rapta furata v^l per se
 hūc acquisita teneat restituere.**
 fo. xcj.
**De manifesto vsurario prestan-
 te cautionē de restituēdis vsu-
 ris.** fo. xcij.
**De dānificantibus aliquē iniu-
 ste & i sua libertate. f. xcij. & xcij.**
**De emētibus in seruos & ancil-
 las. qui erant xpiani.** fo. xcij.
**De impediētibus aliquē ab offi-
 cio vel bñficio cōsecuto vel con-
 sequendo iniuste.** fo. xcij.
**An clerici teneantur restituere
 fructus voluptuose consum-
 ptos.** fo. eodem.
**¶ Cap. iij. vbi fienda est restitu-
 tio.** fo. eodem.
**An fideiusso: possit repetē a de-
 bitore vsuras pro eo solutas.**
 folio. xcij.
**¶ Quartū cap. scz p q̄s fieri de-
 beat restō incertorum.** fo. eodē.
**per quos fieri debet restitutio
 certorum.** fo. xcij.
**De damnis datis tēpore gnera-
 re.** fo. xcvi.
**De tutoribus & curatorib^o & alio-
 rū negociorū gestorib^o.** fo. xcviij.
**¶ Quintū cap. scz cui fienda est
 restitutio.** fo. xcviij.
**De illicite acquisitis secūdo mo-
 do.** fo. xcviij.
**De his qui accipiunt pecunias
 ab accusatis vel incarceratis
 vt intercedant pro eis.** fo. xcix.
**De pecunia data pro adulterio
 commisso vel cōmittēdo.** eodē.
De acquisitis per ludos. eodē.
**¶ Sextū cap. scz cur sit fienda
 restitutio.** fo. c.
Quinqs. modi satisfaciendi. fol.
 ciiij.
**¶ Utrū cū epō possit fieri cōpo-
 sitio super incertis.** fo. cv.
**¶ Septimū cap. de modo & or-
 dine restituendi.** fo. eodem.
De restitutione certorum. fo. v.

Alphabetica:

- Quo fieri debeat restitutio v^ore cōcipiēte p adulteriū. fo. cx.
U Octauū cap. f. qñ fieri d^z restitutio. fo. eo.
 Utrū ep̄s elapsis. xxx. vel. xl. annis possit agere cōtra heredes folio. cxiiij.
 Quid de eo cui datū est aliqd p errorem. fo. eo.
U Finiuntur tabula materiarnū principaliū tractatū de restitutiōib⁹ reuerendissimi patris et do. do. Antonini archiepiscopi floren.
U Incipit tabula decisionū quā rūdā qōnūm eiusdē reuerēdis simi archiep̄i floren. fo. cxv.
 Utrū scholaris extra suā dioce- sūm p̄stūm⁹ rpe cōionis possit cōfiteri absolui & cōicere in lo- cis vbi se innenerit. eo.
 Utrum mulier peccet & incurrat infamā ex cōicationis perentiēs clericum ipsam impetentē. eo.
 Utrū religiosi possint, i extrema necessitate seculares cōicere & inungere. fo. cxvj.
 An debeat dici officiū beate vir- ginis marie in die asarum & in vigilia natiuitatis dñi. eo.
 Utrū aliqui excusent a ieiunio ecclesie. eo.
 Utrū ille qui dicit se non posse ieiunare: qz nō est assuet⁹ pos- sit absolui. eo.
 Utrū ornatus viroz & mulierū sit mortale peccatū. fo. eo.
 Utrum preceptū ecclesie de cōio- ne: intelligatur q̄ oīno fiat in die pasche. eo.
 Utrū sacerdos nō celebrās i die pasche peccet mortaliter. eob.
 Utrū clericus nō attēdēs mente ad offm̄ peccet mortāl^r. f. cxvij.
 Utrū intrare p corpus & sangui- nez christi & huiusmodi: sit pec- catum mortale. eo.
 Utrum bñficiari teneantur diut- dere fructus beneficij: & quib⁹ & quomodo. fo. eo.
 Utrum clericus & religiosus co- medēs i quadragesima anteq̄ dicat vesperas v^l nonā in iei- nijs ecclesie peccet mortaliter folio. eodem.
 Utrū secularis vel monialis vel acholitus dicens epistolam in missa peccet mortalit^r: & sit irre- gularis. eodem.
 Utrum dicere mēdaciū in pre- dicatione sit mortale. f. cxvij.
 Utrū peccet mortāl^r q̄ dicit mē- daciū in confessione. eodem.
 Utrū cū quis ppter negligētiā nō facit preceptum ad quod te- netur illa negligentia sit spāle peccatum mortale. eodem.
 Utrū ars reclamantiū & frappā- tiuz vestes possit sine peccato mortali exerceri. eo.
 Utrum stipēdiarū q̄ sequunt^r ca- pitaneos contra terras eccle- sie sint excommunicati. eo.
 Utrum cambia sint licita. eodē.
 Utrum cū simoniaco in bñficio possit dispēsari absq̄ renūcia- tione beneficij. fo. cxix.
 Utrum religiosus deponēs ha- bitū vel ludat & huiusmodi sit excommunicatus. eodem.
 Utrum vti lineis ad carnem sit mortale religiosa. eob.

Tabula.

- Utrū peccet mortaliter q̄ nō re-
fert enormia vitia visitatorū nō
precipientis; sed querētī simpli-
citer. fo. cxxij.
- Utrū ellgēs ineptū ad prelaturā
z qui querit absolutionem ali-
cuius plati quē reputat cōpetē
ter idoneū; s; motus principa-
liter p̄ eum ex indignatione z
querentes absolutionem alicui
ius plati; quia videt nimis au-
sterius peccet mortr. eodē.
- Utrum accipere certū numeruz
missarū sit peccatum. et si vna
missa possit dici pro pluribus.
folio. cxx.
- Utrum diebus dñicis dicere vel
audire missam que non est illi⁹
diei sit pctñ. eo.
- Utrum habens votū de arctiori
religione; sine dispensatione
possit ingredi laxiores sine pec-
cato. fo. cxx. z. cxxj.
- Utrū magister ordinis possit di-
spēsare cū mortalib⁹ nris in pe-
na quā incurrūt intrando mo-
nasteriū simoniace. eo.
- Utrum cum quis vult legare ali-
quid; vel qd si alius impeditat
ne fiat teneatur ad restitutio-
nem. eod.
- Utrū existēs in sacriēnō habens
aliqđ beneficiuz teneat dicere
officiū. eod.
- Utrum non dicens officiū; beate
virginis marie peccet mortāl
folio. eodē.
- Utrū nō dicēs totum officiū mor-
tālū cū dici debet peccet mortā-
liter. fo. eo.
- Utrū clericus professus non or-
dinatus teneatur dicere officiū
folio. cxxj.
- Utrū mortalis p̄fessa teneatur
dicere officiū. eod.
- Utrum nonicū teneantur dicere
officiū. eo.
- Utrum cōuersus p̄fessus teneat
ad officiū. eod.
- Utrū ad tres lectiones mortuo-
rū teneat quis ex p̄cepto. eo.
- Utrū liceat h̄re plura beneficia
cū dispensatione. eo.
- Utrum restitui debeat pecunia
data simoniace. fo. cxxij.
- Utrū dicere missam ante primā
sit peccatum. eod.
- Utrū homicidiz sit casus pape
reseruatus. eod.
- Utrū simoniaci sint excōiati. eo.
- Utrū ille a quo cōiitas v̄l dñs ac-
cepit vel detinet iniuste vel dā-
nificanti possit de bonis predi-
ctorū accipere. fo. cxxij.
- Utrū liceat habere columbaria.
folio. eo.
- Utrū daciary possint emere que-
dam dacia. eo.
- Quid de vēditione reruz seu ve-
stium alterius; sicut faciūt qui
vulgaritet dicuntur strazaroli
folio. eod.
- Utrū famuli stipēdiariorum te-
neantur zc. eo.
- Utrū bona facta in mortali reui-
niscant. fo. cxxij.
- Utrū ante .xxj. annum teneatur
quis ad ieiunium. eo.
- Utrū sit mortale in festis legere
z studere in legibus zc. eod.
- Utrū dñs alicuius ciuitatis pos-
sit mutare mēsuras. fo. cxxij.

Alphabetica:

- Utrū pignora p̄dita apud vsura
rios possint emi eo.
- Utrū quis possit solnere debitū
alterius accipiēs furtim de bo
nis eius. eo.
- Utrū mercator possit lucrari de
re empta quā in nullo meliora
uit. fo. cxxvj
- De bonis certis restituēdis. eo.
- Utrum de lnia pape possit q̄s au
dire divina ⁊ accipere sacra a
scismaticis. eo.
- Utrum tempore scismatis possit
quis esse neutralis. eo.
- Et quid de beneficiatis i obediē
tia p̄sendo pape. eo.
- Utrū possim facere fruct⁹ meos
de possessiōe impignorata sub
specie venditionis. eo.
- Utrū teneatur q̄s recedere ab il
la persona cui cohabitandovix
potest vitare mortale. eod.
- Utrū beneficiatus teneatur di
cere officij: q̄n alius seruit p̄ eo
in beneficio. fo. cxxvj. ⁊. cxxvj.
- Utrū gener possit accipere a fo
cero tantum pro centum quan
do non dat sibi dotem nec pi
gnus. fo. cxxvj.
- Utrum donatio nō libere facta
valeat. eo.
- Casus de possessione iusto pre
cio empta. eod.
- Utrum medicis liceat vti ossib⁹
mortuorum pro sanitate p̄: occu
randa. eo.
- ¶ Finis tabule decisionum qua
rūdam questionum fm mentez
reuerendissimi patris ⁊ dñi. dñi:
Antonini archiepi florent. ordi
nis fratrum predicatorum.
- ¶ Impressus Lugd. p Antoninz
du Ry. Anno domini. M. ccccc.
xxvij. die vero. xxxj. mēis Octo.

Incipit tractatus de societati-
bus s^m dⁿⁱ Angelum de peri-
glijs de pensio doctorem v^{rius}
q^z iuris eximium.



Quoni-

am aicorū
frequē vsus
est in p^hed^s
societatib⁹
negociādi:
v^{ry}no socio

ruz pecuniam alter operam po-
nat: et similiter in societatib⁹ aut
negociatōib⁹ animalium quas
vulgo socidas appellamus circa
q̄ plura: t̄ in foro iudiciali q̄ in
foro cōscientie dubia occurrere
posse videntur. Idcirco requisitus
ego Angelus de periglijs de pe-
russio v^{rius}q^z iuris minimus do-
ctor a quodā religioso fratre: vt
quid circa predicta etiā pro salu-
te a^rum sentire in scriptis redi-
gere deberem. Et licet hac in re
presertim quantum ad forum cō-
scientie attingit me in exercita-
tum et in expertum cognoscam:
tamen vt voto requirentis satis-
faciam in omnibus: tamen in re
mittendo me correctioni: et emen-
dationi cuiuslibet me melius sen-
tientis: et presertim canonistarū
et theologorum: que circa predi-
cta santio breuiter subijctam: t̄
de iure civili vnde hec materia
principium habuit: q̄ de iure ca-
nonico: licet in paucis locis tan-
satur. Solum enim taliter ha-

betur. xiiij. questio, tertia cap^l:
pluriq^z. Et in decretalibus ali-
qualiter in capitu. per vestras.
de donationi. inter virum et vro-
rem et remissive tangunt docto.
in capitu. fina. de vsurijs. Hosti.
vero in summa sua ponit in tit.
de vsuris. Beatus Thomas. bre-
uissima verba pfert. ij. ij. questio
ne. lxxvij. articulo. ij. ar. v. Bar-
tholomeus de facto cōcordio or-
dinis predicatorum in sua sum-
ma de casibus conscientie: que
vulgariter appellatur pisanella
super verbo. Societas etiam cō-
pendiose narrat. Circa primum
quesitum: videlicet quando so-
cietas contrahitur ad aliquam
mercantiam vel artem in qua
vnus ponit pecuniam: et alter
operam tantum: de his verissimi-
liter dubitari posset tam in foro
iudiciali q̄ in foro conscientie.
Primo queritur an talis socie-
tas ad mercantiā vel ad artem va-
leat. Respondeo q^z talis societas
in qua vnus ponit pecuniam: al-
ter operam valet: et est licita t̄
de iure civili q̄ de iure canonico
et diuino. l. i. C. pro socio. quia se-
pe opera alicuius pro pecunia
valet. Instit. eodem titulo. §.
ij. quod tenet glo. xiiij. q̄m. ij. c.
pluriq^z. Idem tenet Hostien. et
Barth. et Tho. in locis. s̄. in pro-
hemio prealle. quod intelligit
bet quando arset mercantia est
licita et non prohibita: vt in. c. p.
vestras de donatio. inter vir. et
vrozē. ¶ Secundo queritur pro
qua parte diuiditur inter socios

Incrum & damnum: si nihil inter eos est expresse conuentum? Respondeo quod inter dictos socios in dubio lucrum & damnum erit commune quolibet iure: vt. l. si non fuerit. in principi. ff. pro socio. & in sti. eo. n. in. §. i. E. ita tenet Thos. in sum. in. titu. de usur. in. §. quid sit societas. Idem beatus Thos. in. ij. q. lxxvij. articul. ij. ad quintu ubi assignat rationes: quod iste qui committit pecuniam pro modum societatis non transfert dominum pecunie in socium: sed apud eum remanet: ita quod cum periculo ipsius ponentis pecunia socii negotiatur: & ideo licite potest partem lucri inde peruenientis petere: tanquam de re sua. Et cum societas instar & similitudinem fraternitatis habeat. l. verum. ff. pro socio. sicut ergo iter fratres seruari debere equalitas: ita & inter socios. Hanc tamen equalitatem seruandam dicitur frater Bartholomeus in dicta sua sum. sic declarat. Ut si ego pono in societate centum. & tu ponas industrias & laborem tantum: in fine anni facta ratione: ego rapiam illa. c. & in principio pro sone tue siue industrie quod ponimus esse siue valere alia centum post hoc quicquid supererit de lucro ego accipiam medietatem: & tu aliam medietatem occasione tue persone. Et in hoc videtur velle quod si in fine anni finita societate in totum repientur trecenti florent quod ego deberem habere centum loco illorum quos in societate posui: et tu du-

centos loco persone tue & opere: Alia centum diuidetur tanquam lucrum inter nos diuidendum. Quod salua veriori de terminatio: mihi verum non videtur: neque de iure civili: neque de iure canonico vel diuino. Nam opera hominis nihil aliud est quam diurnum officium: vt. l. i. ff. de opere libertorum: immo hominis opera dicitur esse fructus hominis: vt. l. ij. & duabus sequentibus. ff. de opere & seruorum. Ille ergo qui in societate tantum operam ponit: non dicitur aliquid consistens in sorte vel capitali ponere: sed solum fructum persone sue: qui fructus aut usufructus correspondet fructui aut comoditati illorum centum que in societate posuit. Pro quobene facit tex. in. l. cum duobus. in. §. si in coeud. ff. pro socio. dum dicit quod premium operis est valimentum artis: & hanc sententiam securus est Bal. Licet predictas leges non alleget in. l. ij. C. pro socio. in. ij. questione. Et sic intelligi debet quod supra proxima questione dictum est: videlicet quod sepe opera alicuius pro pecunia valet: id est pro comoditate & usufructu dicte pecunie. Et ideo concludo quod de dictis trecentis ego qui centum posui ante partem centum detraherent: & ducenta que remanent tanquam lucrum inter nos diuidi debent. Et ita ex predictis apparet: videtur esse de mente beati Thome: nec me in contrarium monere si quis diceret. Verbi causa. Singamus illum qui ponit opera & in

& industriam si locare vellet operā:
 & industriā suā p. certa mercede
 quolibet anno reperiret centuz
 vel quadraginta: nec subiaceret
 periculū alicuius casus fortuiti
 qui evenire posset in mercantijs
 aut rebus illius. Quare non est
 conueniens q̄ saltē hoc casu tāq̄
 dictā mercedem in societate po-
 suerit auferat de illis trecentia
 sicut ille alter antefert cētū que
 posuit rōne equalitatis seruan-
 de. Quia r̄ideo p̄mo licet qđ il-
 lam mercedez habere posset nō
 d̄: ponere a principio sicut ille q̄
 ponit dicta centū: cuz merces il-
 la sibi non debeatur a principio
 locationis s̄m glo. in. l. idē. C. lo-
 cati. Ex quo sequitur r̄sio secū-
 da: qz illa merces est fructus sue
 industrie & operarum: immo re-
 cte inuenti quoad eū nō est illa
 merces: nec sua opa et industria
 cum in eius recompensatiōe de-
 tur: & ideo h̄ ex opa mercedē con-
 sequatur: t̄n ex mercede ope no-
 strum fructū d̄: cōsequi: nec cōse-
 qui pōt: qz singulis dieb⁹ opa p̄-
 statur cū sit diurnū officiū: vt. s̄.
 d̄xi. Et sic vsure vsuraz non de-
 bent aliq̄ in re: vt. l. si. C. de vsur.
 rei ind. & l. si. C. de vsur. Ita fru-
 ctus mercedis deberi nō potest.
 Nec obstat qz mercedez h̄z sine
 periculo. q̄n opas locant: qz licz
 q̄n opas in societatem posuit de
 periculo teneat: t̄n plus pōt lu-
 crari q̄ esset merces quam habe-
 re posset locando operas suas.
 ¶ Tercio queritur. an dicti socij
 p̄nt licite cōuenire vt vnus duas

partes: lucri & dāni: alius tertiaz
 sustineat. Ad hoc dicendum qđ
 dicti socij licite possunt conueni-
 re vt vnus duas partes lucri et
 damni: ali⁹ t̄m tertiaz ferat: dum
 modo ille qui pl⁹ terre debet ali-
 quid plus societati cōtulerit vel
 pecunie vel opere vel industria:
 quod respondeat illi pluri quod
 de societate ferre debet. i. si non
 fuerint in p̄nci. & l. quid enim.
 in fine. ff. p. socio. Arbitrio ergo
 boni viri estimabitur: an illud
 quod ponit correspondet illi plu-
 ri quod de societate percipit: nec
 alia certior doctrina tradi potest
 sed arbitrio boni viri est ad pro-
 priam cōscientiaz remittendum
 cuz in hac actiōe pro socio q̄ bo-
 ne fidei ad arbitrium boni viri
 sequendum sit. l. in proposito. ff.
 pro socio. Si aut vnus non plus
 altero cōferat. tale pactum etiaz
 de iure c̄m: non valeret secun-
 dum Azo. quez sequitur Accur.
 licet aliquo modo dixerint in. d̄.
 l. si non fuerint: sed opi. Azo. se-
 quenda est tanq̄ eqoz per. d. l. si
 non fuerint in p̄nci. & per. d. l. qđ
 enim in fi. ¶ Quarto an possit
 conuenire vt vnus sociorū duas
 partes damni & vnam lucri sen-
 tiant: et alius econtra duas par-
 tes lucri vnam damni sustineat.
 Ad quod dicendum qđ vnus so-
 ciorum predictorum non potest
 pacisci: vt duas partes lucri et
 vnam damni ferat: & alius econ-
 tra: duas damni: & vnam lucri:
 quia lucrum non intelligitur ni-
 si deducto omni damno. Et ideo

non potest vnus sociorum plus de lucro participare quā de dāno: & e contra de iure ciuili: nedū de iure canonico: vel diuino. vt. l. mutius. ff. pro socio.

¶ Quarto queritur an inter dictos socios valeat pactus q̄ deducto damno vnus ferat duas partes de lucro alter vnā. Ad q̄ dicēdō q̄ non valet pactum inter socios q̄ deducto damno vnus ferat duas pres: alter vnā & hoc de iure ciuili: vt. l. mutius. in. fi. vt. ff. pro so. q̄ tamē in foro conscientie verum putamus: ni si ille qui plus de lucro fert tantundem plus pecunie vel industrie in societate posuerit per ea que supra in. iij. questione dicta sunt. ¶ Sexto queritur an inter dictos valeat vt vnus ferat tres partes lucri & alius quartam & periculum sortis est commune? Rñ. Pactum q̄ vnus ferat tres partes lucri: et alius quartaz & periculum sortis sit cōmune nō valet aliquo iure: quia lucrū sentiret pro maiori parte q̄ periculum. Et sic pro ea parte saperet vnam: pro quo facit glos. in. l. cum duobus. in. §. si. als. l. papiantus. ff. pro socio. ¶ Septimo queri potest an possit committi discretioni eius qui ponit pecuniam: vt assignet partes lucri: et damni quantum sibi iustum videbitur. Rñ. q̄ valet pactū inter predictos vt. cōmittatur discretioni eius qui pecuniam accipit vide i pisanella vbi sic d̄: posset etiam ferri non expressa p̄dicta

estimatione persone seu p̄mittēdo discretioni ipsius qui recipit pecuniam vt assignet partes lucri vel damni quantum sibi iustum videbitur: & postea si esset aliquis excessus vel defectus cōcorditer sibi remitterēt. Hec ille. Caueat tamen ille cuius arbitrio cōmissus est: vt iuste & eque partiatur ei plus de lucro assignando qui plus in societate posuit: et alias nedum in foro cōsciētie teneatur sed etiā de iure ciuili si vnq̄ partes ad arbitrium boni viri reduci possent. l. si societatem. cum sequē. ff. pro soc. ¶ Octauo. an liceat pactū vt vnus lucrū tantū: alter damnum sentiat? Rñ. Nullo iure tā ciuili q̄ canonico: vel diuino contrahi potest societas: vt vnus tantū lucroz alter damnum tantū sentiat vel ferat. Esset em̄ iniquissimum genus societatis que leonina appellat in. l. si non fuerint. ff. pro socio. Quod tñ verum est: nisi ille qui tantū operas poneret: aliquid certuz vellet p̄ sua opera sine damno: quia tūc non sicut socius: sed tanq̄ locator operarum suaruz: ita pacisci posset: vt. j. larius in. xij. q. dicet. ¶ Nono quid q̄ factum est pactum de damno vel e contra. Dicendum q̄ q̄n factum est pactus de damno: licet nihil dictum sit de lucro: intelligitur idem pactū factū de lucro: & e contra: insinu. pro socio. in. §. illud quod etiam canoniste & omnes sequuntur. ¶ Decimo queritur quādo socij ex disparibus partibus funduz

Vel apothecā cōtradixerunt: pro qua parte ad pensionem teneatur. Rñdeo dicēdū q̄ socij ex disparibus partibus tandem vel apothecam conducentes locāt tenentur pro equalibus partib⁹: inter se aut tenentur pro rata societatis: ita diuidere debēt dictum debitorū mercedis sicut dicuntur principale: et s̄m dictas dispares partes diuidi debent supellectilia et massariie dicte societatis prosequēdū omni iure viderur cum conueniat arbitrio boni: quod in hac materia et actione pro socio multum versatur: vt dictum est supra in. iij. q. ¶ Undecimo quādo cōtrahitur societas talis: vt capitale sit saluum. Dicendum q̄ de iure canonico et in foro conscientie nō potest pacisci q̄ capitale sit saluum: ita sentit glos. in ca. pleriq̄. xiiij. q. iij. de iure aut̄ civili sunt opinionēs. Nam dominus Bal. in l. j. C. pro socio. in. xix. q. tenet q̄ talis cōtractus non valeat neq̄ ex forma cōtractus: neq̄ ex eius natura. Ideo dicit q̄ sapit usurariam p̄uationem. Hosti. aut̄ latius q̄ alter in sua summa, in tit. de usur. §. an aliquo casu vitra sortem. vers. hec porro fieri potest examinando hunc articulum cōcludit q̄ de iure civili talis societas valet magis ex vi pacti q̄ ex natura cōtractus: nō tñ est oīno equa. ideo in iudicio nō est seruanda. Item dicit Anto. de bur. in tit. de usu. Tāq̄ ergo quod pactum nō valeat sit

turior via et equior: ideo sequenda est per cap. inuenis de spon. et capitulo in ciuitate. de usuris. ¶ Duodecimo an in dubio in dicta societate si capitale perditur dānum: sit cōe: vel illius tantū qui pecuniam posuit. Respōdet glo. q̄ in dubio non est cōmune in. l. si nō fuerint. in. §. j. ff. pro socio. et sic erit illius tantū qui pecuniam posuit: licet glo. dicat cōtrarium in. l. j. C. pro socio. tñ pro prima opi. q̄ non sit cōe: facit: q̄ ille qui capitale posuit nō h̄ capitale: sed fructus eius. Nā ille qui operam ponit dicitur solum fructum persone sue cōicere: cū opere sint fruct⁹ hominis vt dictū est. s̄. in. ij. q. Itē q̄ satis habet ille de dāno qui operas posuit si eas perdidit absq̄ eo q̄ tenetur ad partē capitalis p̄diti. dixit tñ Pe. quē refert Cy. in. l. j. C. pro socio. q̄ aut dicta pecunia sine capitale statim est perditū casu fortuito: anteq̄ alter soci⁹ poneret operas: et dānum erit cōmune: aut post operas prestatas et p̄ditas: et dānum erit illi⁹ tñ qui pecuniā posuit: satis em̄ dāni habet ille qui operas perdit et h̄c opi. dicit Cy. eē equior rem de rigore tamen iuris civilis: licet statim pereat si tamen petit causa societatis dānū esse cōe: vt viderur esse. l. id quod. §. j. ff. pro socio. opinio tamen per, quam sequitur Cy. in foro conscientie presertim magis placet conuenire arbitrio boni viri q̄ in hoc iudicio versatur. in. l. pro

posita. ff. p socio. Ado q si qua-
 si in principio societatis totum
 capitale esset perditum z modi-
 ce opere: tunc adhuc putare q
 pro aliqua parte ille qui operas
 ponit participare debeat de pici-
 lo capitalis: postq̄ rōne dicit ca-
 pitalis participatur? erat etiaz
 de lucro. argumen. dicte legis si
 nō fuerint. in princi. z dicte leg.
 quid enim in ff. p socio. Que
 omnia procedunt: nisi aliqua cō-
 suetudo sit in contrarium. Si
 aut in dubio esset vt periculum
 capitalis sit cōmune: quia illud
 quod est in consuetudine: videt̄
 actum inter partes. l. q si nolit
 §. quia assidua. ff. de edil. edic. l.
 si pu. §. placuit. ff. de aqua plu.
 ar. tūc dicerem q periculum sit
 commune postq̄ hoc potuit fie-
 ri per actū expressuz: vt tenet gl.
 xiiij. q̄stio. iij. cap. pleriq̄. Sed si
 tale damnum capitalis precede-
 ret dolo vel culpa aliquorū: so-
 ciorum illius solus esset pericu-
 lum: cum socius teneatur de do-
 lo vel culpa: vt. l. socius. ff. pro so-
 ci. in qua culpa comprehenditur
 non solum lata sed etiam leuis:
 non autē leuissima. Sufficit em̄
 q socius talem diligentiam ad-
 habeat in rebus communibus:
 qualem in proprijs adhibere cō-
 fuerit. vt. d. l. socius. l. 3. em̄ peri-
 culū dicte pecunie vniuersaliter
 pertinet ad eum qui posuit eā
 in societate: tamē non intelligi-
 tur quando culpa socij venit: et
 si expresse in se periculum susce-
 pisse: vt in. l. finali. C. de nautico

fenore. ¶ Tertiodecimo an fieri
 possit per pactum q periculum
 capitalis sit commune? Dicen-
 dum q sic: quod clare tenet glo.
 in cap. pleriq̄. xiiij. questio. iij.
 ¶ Quartodecimo an ille qui so-
 mel pecuniam posuit si perditā
 est ante finitam societate: teneat̄
 iterum pecuniam ponere? Respondeo q nō tenet siue peri-
 culum sit cōmune: siue nō quod
 tenet gl. in. d. l. si nō fuerint. §. i.
 ff. pro socio. z in. l. j. C. eodem. tit.
 ¶ Quindecimo an capitale di-
 cte pecunie finita societate sit cō-
 mune vel illius tm̄ qui pecuniam
 posuit vtz: si finito tēpore socie-
 tatis nihil reperitur nisi capita-
 le: an dicitur capitale sit commu-
 ne: vel illius tantum qui pecu-
 niam posuit. Licet Bal. late exa-
 minet in. d. l. j. in. ij. quest. tamen
 ita mihi videtur: dicendum ma-
 xime in foro conscientie: q aut
 ex pacto vel consuetudine peri-
 culū dicit capitalis erat commu-
 ne z cōmuni: et diuidi opz inter
 socios dicitur capitale quod su-
 perest: aut periculum dicit cap-
 talis nō erat cōmune: sed solum
 illius qui capitale posuit vel est
 in dubio: vt dictū est. §. in. ij. q. et
 tunc totum capitale erat illius
 qui pecuniam posuit. Congruit
 enim hoc arbitrio boni viri: qd
 in hoc iudicio versatur: ne cōtra-
 ctus clauderet: vt ille qui pici-
 paturus nō erat de periculo ca-
 pitalis: nō participet de ipso ca-
 pitali. Esset enim cōtra eius fra-
 ternitatis: cui societas compara

tur. l. vertum. in princip. ff. pro socio. Item cum ille qui pecunias posuit eius commoditatem communicare dicitur illi qui operas tñ: ponit: tamen ille qui operas tñ ponit communicare dicitur fructus persone sue: vt dictum est. §. in. ij. qñe. et ideo capitale non est comunicandū. ¶ Sextodecimo an ille qui ponit operas tñ teneatur suis sumptibus opari. Rñ. Ille qui operas tantū ponit qñ proficiscitur causa societatis dicitur habere expensas de corpe societatis fm̄ Jac. de are. et i. d. l. i. qz lucrum nō dicit nisi deductis expensis. C. de colla. l. illud. ff. p socio. l. murti. qd̄ intelligit Bal. in. d. l. C. pro socio. exceptis expēsis quas erat facturus domi: qz ille nō debēt fieri de corpe societatis. ar. l. sed et si lege. §. qd̄ autē ff. de peti. here. Multū tñ in hoc putarem aduertendam esse consuetudinem: etiam in foro conscientie: cum optima sit legū interpretis. l. si de interpretatiōe. ff. de legib⁹ tñ etiā qz minime mutanda sunt et. vt. l. minime. ff. de legibus. Cum etiam iam tacite videatur actū quod fieri consuevit. vt. l. l. C. locati vt dictum est etiam. §. in. ij. qñe. ¶ Decimo septimo quando vterqz sociorū mixtam ponit pecuniam et operas: sed vnus ponit maiorē quantitatem pecunie q̄ alter: pro quibus partibus lucrum: et damnum diuidi debet. Respō. si vterqz sociorū mixtam ponit pecuniam et operas: sed vnus maiorē quā-

titatem q̄ alter: siue sit factum pro quota parte quis lucrum et damnum sentiat: siue nō sit factus sed simus in dubio: tunc etiā de iure civili non solū foro cōscientie considerandū est quis eorū in effectū pl⁹ in societate posuit: licet enim maiorē quantitatem posuerit et etiā operā suā: tamē posset esse tanta industria alterius qui minorem summā posuit: qz excederet illum qui maiorē summam pecunie posuit: vt si solus nauiger: solus peregrinet si pericula solus subeat. l. si non fuerint. in fi. prin. et. l. quid enim. l. si. ff. pro socio. Et facit qd̄ dictum est. §. in. ij. q. ¶ Decimo octavo quando ponens operas tantū vult aliquid certū pro opera. et non teneri de damno: Respon. valet tale pactum et conventio: nec erit cōtractus societatis: sed locationes: operarum. Ita etiam concludit predictus frater Bartho. in Pisanella. super. ca. societatis. in fi. vbi etiā subdit: qd̄ talis ponēs operas potest pacisci non solū vt habeat aliquā partem certam pro opera sua: et nō teneatur de damno vt. §. dicitur est: sed etiam vt talem partem lucri habeat: quoniam illam partem lucri non recipit vt socius: sed vt locator operarum: quod tamen intelligitur nisi damnum procederet ex culpa ipsius ponētis operas: vt. l. item queritur. et l. si merces. §. qui columnam. ff. locati. et ita intellige quod. §. in. vij. questio. dictum est. Nec ille

erimtis doctor dominus Ange
lus de perussio.

¶ l. i. c. pro socio.



Societatem vno pecu
niam cōferente: alio
operaz: posse cōtrahi
magis obtinuit glo.
¶ i. Quia sepe opa ali
cuius pro pecunia valet: vt isti.
eo. §. i. Et si partes adiecre non
sint equales in lucro et damno
spectatur. vt. ff. eodē. l. si non fue
rint. ¶ Sed quero an ille qui pe
cuniā posuit: debeat habere ca
pitale saluum in diuisione socie
tatis. id est sortem et lucrum totū
ex ea proniens communicare
Ideo distinguit. An ab initio sic
dedit pecuniaz cōmunicaret: an
vt sua remaneret. in primo casu
cōdicatur: in secundo non. Quid
si hoc non appareat. Respōdeo
in dubio presumitur cōdicata. vt
ff. eodem. l. i. §. fin. et. l. ij. licet alia
sit huius ciuitatis: et quarundā
aliarum consuetudo.

¶ Item quid si hec fors sit amis
sa: an tantūdem debeat repone
re. et an sit cōmune periculū. Re
spondeo non est commune peri
culū: vt ille qui operaz ponebat
aliquid conferat: sed finita est so
cietas interemptione rerum. vt
ff. eo. l. yeruz. §. Interemit. et circa
pecuniam cōuenit operā exhi
bere quam nunc non habet.

¶ ff. de prescriptis verbis.
Si tibi aree mee dñium de
dero: ea lege vt insula edi
ficata mihi p̄tē reddas: neq; em
ptionē esse: q; precū loco partes

rei mee accipio: neq; mandatū
quia nō est gratuitū: neq; socie
tas: q; nemo societatem contra
hendo rei sue dominus esse desi
nit. Sed si puerum docendum:
vel pecus pascendum tibi bede
ro: vel puerum nutriendum: ita
vt si post certos annos venisset
precium inter nos cōmunicaret
abho: reret hoc ab area eo quod
hic dominus esse nō desinit qui
prius fuit. comperit ergo. p. pre
cio actio. dominus esse desinit i
totum: an partem autem desine
re potest: vt est pro socio. l. i. §. in
societate. hic autē desinit dominus
esse in solidum tradendo. Accur.
¶ Quero quid aliquis cinis: pu
ta Senuensis cōmittit pecuniā
bo. si. alteri: vt ide lucret et iuste
habeat partē in lucro: vt rum li
ceat. Respōdet Alexan. de alex.
in suo tractatu q. cōmissio pecu
nie pōt fieri duobus modis. Vno
modo quando fit translatio pec
cunie: sine rei commisse in toto:
vel in parte in dñium illius cui
cōmittitur. Et tunc pro pecunia
sic commissā nō licet aliquid spe
rare: sicut non licet sperare pro
re alterius. Sed licet alicui spe
rare lucram ex re sua. Secundo
modo fit commissio pecunie: vel
alterius rei: ita q. non transfer
tur. dominus: sed remanet tota
res commissā in dominio cōmit
tentis. Et hoc modo committēs
potest sperare lucrum sicut de re
sua: quia tunc est cōmissa pecu
nia: vel res alia sicut cum com
mittitur aliquid vsurario: vel

ministro qui negotiat de rebus
domini ad utilitatem eiusdem: et
per his quod excrecit: sorti sicut
rei proprie in suo titulo possidet.
Nec est simile de mutuo et como
dato: quia in mutuo pecunia stat in
periculo illius qui accipit: non
sic in pecunia commodata: que stat
in periculo commodantis: et ideo
potest licite sperari lucrum ex pe
cunia. Adde et dominium pecunie
sic commisse non transit in accipien
tem: secus in mutuo: et Thm. ii.
q. questio. lxxviii. ar. iij. in respō.
v. Opz autē qd pecunia tota sit co
modata: quia si pars eēt comodata
et pars mutuata posset ibi eē vitium
vsure. Si enim aliqis committit ali
cui centum. ita qd medietatez ei
murnet. et aliam medietatez suo
retineat dominio: ita qd ille cui com
mittitur debeat de illis negocia
ri ad lucrum: dico qd huiusmodi
lucrum habet vitium vsure: quia
speratur non solum ex re commis
sa: sed etiam mutuata: et ideo ex
mutui adiectione generatur vi
tium in toto contractu. ¶ Que
ro quomodo in commissione ta
lis pecunie committatur vsura?
Respondet Richar. in. iij. distin.
xv. articu. v. questio. v. qd hoc co
tingit quadrupliciter. Primo mo
do quando capitale et lucrum poni
tur sub certitudine. Secundo quan
do capitale ponitur sub certitu
dine: et lucrum sub fortuna: hoc
est contra glos. approbatā in. c.
pleriqz. xiiij. questio. iij. Ab. in. c.
per tuas. de dona. iter vi. et yroz.
in cap. naviganti. de vsur. Ter

tio quando lucrum ponitur sub
certitudine: et capitale sub fortu
na hoc est contra capi. navigan
ti. in principio. de vsur. Quarto
quando vtrumqz ponitur sub du
bio. primis tribus modis acci
piens ultra sortem tenetur ad re
stitutionem: quia contra tus sūt
vsurarij: siue directe siue indire
cte: siue implicite: siue explicite.
Et quia duo primi modi sunt clari
probo tertium per .ca. navigan
ti. de vsu. Naviganti vel eunti ad
nundinas: certam mutuas pec
cunie quantitatem: eo qd susci
pit in se periculum recepturus
aliquid ultra sortem: vsurarius
est censendus. quia nisi fuerit cul
pa vel negligētia illius qui acci
pit raro accidit qd pecunia quaz
mutuo accipit pereat. Unde ille
qui isto casu dat mutuo pecuniam
habet in favorem suum illud qd
accipit sepe: nec habet contra se
nisi illud quod accidit raro. nec
obstat illud quod dicitur. C. de
nav. feno. l. j. scilicet talez contra
ctū ab observatiōe cōiuz vsuraz
esse libere: quia si nō sit cōis vsura
tū vsura est. Un gl. sup illud ver
bus cōiuz vsuraz. dicit s3 nō cōteff
marum. Quarto modo accipiens ul
tra sortem aliqd restituere nō te
netur: quia rōneverisus dubiū cō
tractus hūdi excusat. d. ca. navi
gati. §. ille quoqz. ¶ Quero quot
modis variat serus societatis.
Rfider idēz Alexā. triplr. Aliqñ
em vnus ponit tm pecuniam. et al
ter operam corporalem. Aliqñ vnus
ponit pecuniam et operam: alius pe

enniam tantū vel operā tantuz.
 Aliquando aut ambo ponūt in
 societate pecuniā ⁊ operam: vel
 pecuniam tantuz ⁊ in oibns ser-
 uando est equitas: nec aliquid
 fiat in fraudem vsurarū. ¶ Que-
 ro: pone q vnus ponit in socie-
 tate operam tantum: alius po-
 nit libras. xxx. ad tertiam partē
 lucri ⁊ damni: hoc est ad lucruz
 ⁊ damnum. x. librarum. xx. rema-
 nētibus semper saluis. Hoc ca-
 su posito: nil ille qui operam po-
 nit mercedem recipiat pro labo-
 re: quez sustinet pro commercio
 x. librarum: quarū lucrum et dā-
 num spectat ad illum qui pecu-
 niam dedit: vsurarius est qui pe-
 cuniā dedit. Nam. xx. libras mu-
 tuauit mercatori pro cōmercio
 x. lib. tantū pertinentiū ad lucrū
 ⁊ ad damnum illius qui pecuniā
 dedit: cū sit recepturus. xx. lib. q̄
 non stāt periculo suo ⁊ commer-
 cium circa. x. libras. Debent em̄
 xx. libre stare periculo suo: sicut
 ⁊ alius q̄ operā gerit ⁊ etiaz de-
 bet stare lucro illius qui operaz
 ponit: qz qui habet onus conue-
 niens est vt habeat emolumētū
 Et ideo si ille qui operam gerit
 nihil habet pro mercede laboris
 exhibiti in lucro: quod accidit il-
 li qui pecuniaz dedit vsura com-
 mittit. qz in hoc casu ille qui pe-
 cuniā dedit nihil debet habere
 p. xx. libris ad similitudinē mutuā-
 tis: q̄ rōne mutui nihil pōt babe-
 re vltra sortem. Qñ em̄ cōtrahit
 societas ita q vnus ponit pecu-
 niam: ⁊ alius operā licit⁹ est cō-

tractus dū tñ seruetur equitas
 socialis: hoc autem non est in p
 posito: qz si mercator recipiēs pe-
 cuniam ⁊ ponēs operam postq̄
 emit merces perdat eas: perdit
 xx. libras ⁊ operā corpalem: col-
 lator aut pecunie non perdit ni-
 si. x. ⁊ non operam corporalē: ca-
 sus ergo nō est licitus s; in frau-
 dem vsurarū factus. ¶ Quid de
 his qui mutuāt pecuniaz ad ne-
 gociandum pacto q capitale sit
 saluum: id est si perit pereat mer-
 cato ⁊: ⁊ si quod lucrum interue-
 niat illud diuidatur Rñ. Bald.
 in. l. j. C. pro socio. tenet q iste cō-
 tractus sapit vsurariam pranti-
 tatē: ⁊ ideo quicquid capit de lu-
 cro minuit sortē. ⁊ tenet ad resti-
 tutionem. Non enim est ista so-
 cietas: neqz ex forma cōtractus:
 neqz ex natura. Ex forma non: qz
 est cōtractus mutui. Ex natura
 non: qz est contra naturam socie-
 tatis: scilz q vnus habeat caput
 saluum ⁊ alius fructus: vt. ff. eo. l.
 mutui. Et ideo illud quod legi-
 tur ⁊ no. extra de dona. inter. vi.
 ⁊ vro. c. per vestras. debet intelli-
 gi quādo pecunia datur ad par-
 lucrum ⁊ dānū: qz tunc est cōtra-
 ctus licitus. ¶ Quero qñ vn⁹ pe-
 cuniam tantū: ⁊ alter operam: ex
 quibus partibus isti intelligan-
 tur socij. tam in lucro q̄ in dama-
 no. Sal. Bald. in. d. l. j. q̄ ex par-
 tib⁹ equalib⁹: nisi aliud sit actū.
 Et est ratio: quia societas habet
 instar fraternitatis vñ sicut in-
 ter fratres debet seruari equali-
 tas sic inter socios. ff. pro socio.

l. si nō fuerint. ¶ Pone q̄ in diuisione societatis post longa tempora & multos labores & sudores precedentes non inuenitur nisi solum capitale saluum: an totus ipsum capitale saluum debeat h̄re ille qui ipsum posuit: an vero debeat equaliter diuidi. Dicit glo. q̄ debet equaliter diuidi nisi aliud actus sit: & monetur tali ratione. Nam tale capitale videtur a principio communicatum sicut dicimus in societate oīz bonorum: q̄ vnusquisq̄ videtur communicasse alteri quod erat proprium: & sic de proprio trāsit in cōe: vt. ff. eo. l. ij. Præterea ille qui posuit operā intelligitur posuisse precium opere q̄d precium lex assimilat et coequat pecunie posite ex altera parte: vnde perinde est si vnus ponit. x. alter operam: ac si vterq̄ poneret. x. quilibet ferret. v. ergo ita in proposito. Præterea si ille qui ponit operam p̄dit operam. ergo & ille qui pecuniam: aliter se queretur absurdū q̄ vnus totam pecuniam perderet & alter nihil. Et videt̄ casus. l. nostre. in h̄. p̄ferente. Nam cōferre proprie est. adez q̄d communicare: vt. j. de colla. l. illa. & l. illud. & hanc partē tenet glo. de iure. De consuetudine autem dicit q̄ capitale debeat esse saluum: si ita est consuetudo: intelligitur etiā hoc tacite actus: q̄ consuetudo tacitum pactus inducere videtur. C. locati. l. licet. Quid ergo dicemus? Non videtur valere ista consuetudo: nec pactus q̄ per tale pactus traheretur cō-

tractus ad naturā fenoris. Nam sicut ibi est periculum debitoris quia nihilominus creditor accipit vsuras: ita, hiciessen receptoris periculum. dico perditionis operam: & nihilominus si opere aliqd̄ fructificassent lucrum esset cōe. Sed respondeo q̄ nō est verū q̄ trahat ad naturā fenoris: vt dicam in seq. q. et not. ff. p̄ fo. l. cum dnobis. §. item ex facto. Tu dic̄ fm̄ Ja. de are. q̄ nō soluz de consuetudine: sed etiaz de iure est q̄ capitale sit saluum: quare enim socius me⁹ deberet habere pecuniam meam. Et cuz hac opi. transit. Bar. in. d. l. f. C. eo. ti. Et si tu dicas: q̄ ponit operam. Rñ. q̄ precium opere intelligitur correspondere inter usurio pecunie nō ipsi sorti: vnde si vnus ponit commoditatem opere certe: & alter ponit commoditatem pecunie non autem proprietatem: finge enim q̄ vn⁹ ponit in societate. x. milia: alter operam tantū certe hic nulla potest esse proportio: nisi de comodo opere ad comodum pecunie nō ad ipsam totalem sortem. Præterea illud est expressum: q̄ in societate ponitur ex vna parte puta pecus: ex alia opera pastoris: q̄ sola comoda & damna in obn̄ionib⁹ sunt cōia: non autem ipsum pecus: vt. d. §. si in coeūda. dicam⁹ q̄d in dubio intelligitur potius vsus rei q̄ res. Bald. vbi supra. ¶ Pone q̄ ip̄ capitale sit p̄ditū vel diminutū aduersa fortuna nannquid ille qui ponit operā re-

netur aliquid cōferre ei qui posuit pecuniam. exemplum in diminutis. Ponam⁹ q̄ ego posui i societate. xx. & sint pdita. x. vtrū debebis mihi rescire. v. & videt̄ q̄ sic: quia damnū debet esse cōmune: vt dic. l. si non fuerint. vn de si tantum damnus esset meū esset cōtra naturā societatis contrariū d̄terminat gl. i. q̄ ille q̄ ponit operaz solum nunq̄ videtur se obligasse ad damnū sortis. sufficit em̄ damnū amissarū operum. Et hoc pbatur. quia correlatiuoz est eadem natura. Vn sicut de capitali nihil lucra p̄nens operam: ita de capitali nihil d̄nificabitur. Si autē lucra retur ita & d̄nificari deberet: qz de contrariis eedē dantur r̄le: vt c. de fur. l. manifestissimi. §. s. cū in. ij. in tex. ibi. Ubi est piculum ibi est lucrum sed. Pet. dicit. Aut pecunia est statim pdita: & tunc fit damnū cōe aut post opas prestitas: & tunc sufficit d̄annus operarum. Hanc opi. dicit Cy. esse equiozem. Ja. de are. indistincte q̄ damnus est cōmune: vt. ff. c. l. id quod. §. quidā sagariaz. & l. id q̄b. §. idez celsus. Tu dic: q̄ quatenus est cōmune lucrum: eatenus est cōe d̄annus: et non aliter vt predixi. & ideo primam opi. tene. Si est contracta societas ad partes damni et lucri tunc tene tertiam opi. Nec potest conquiri qui perdidit operā manuales nam & ali⁹ perdidit interusuriū pecunie sue. Sed si nō apparet q̄ liter sit facta societas intelligit̄

contracta sc̄bz cōsuetudinem regionis illius: & inter mercatores sc̄m cōsuetudinez mercatorū: vt in autent. de fideiussor. §. finali & de edi. edic. l. quod si nolit. §. quia assidua. & l. de fideiussor. §. h. Nec Bal. ¶ Pone q̄ in societate vterq̄ ponat mixtum pecuniā & operaz: sed vnus maiorem pecuniaz q̄ alter: nunquid partes lucri erunt equales equalitate proportionis idest quantitatis. verbigraria: vnus ponit duas partes: alter tertiaz. Nam in lucro & d̄āno quilibet debet habere partem correspondentē ei q̄b posuit i societate si de hoc nihil aliud est expressus: quas de hoc tacite inter eos actum esse intelligatur: vt qui plus oneris & periculi sustinet: plus emolumentū expectet: vt. ff. de regn. iur. l. fm naturam. Et ita intelligitur. d. l. si nō fuerint in princ. Quod est notabile & veruz: nisi opera & industria vnus valde excederet operam & industriam alterius: puta si solus nauiget: si solus peregrinetur: si solus pericula perse subeat: si sol⁹ stat fixus ad apothecam: & similia: vt. d. l. si non fuerint. §. i. Unde ad arbitrium iudicis remittendū est: ac si hoc esset expresse actū: vt. ff. pro soci. l. societatem mecum. Bal.

¶ Questio.

¶ Quero exempla de damnis: r̄n. quoddā est d̄annū intrinsecuz vt qz merces in societate posite perierunt: vel pecunia a latronibus est ablata: & de istis dictum

est supra. Quedam sunt dāna ex
trinseca: vt qz focij cōtraxerunt
multa debita: adeo qz de corpo-
re societatis non possent solui. &
tunc indistincto dico qz damnus
talius est commune. vt si vnus
totum soluit: recuperet ab alio
pro rata. Et si vnus est in carce-
re & facit ibi sumptus: de com-
muni debent solui: vt dicto. §. qz
dam sagariam.

¶ **C**andans pecuniam mercato-
ri: vt de lucro prez habeat cōmit-
tat vsuram. Jo. cal. in. c. nauigā-
ti de vsu. dicit Joā. glos. no. xiiij.
questione. iij. pleriqz. qz si pericu-
lum spectet ad accipientē nō est
licitū: sed si ad vtrūqz bene est li-
citū. Nam vnus posuit pecuniā
alter supplet laborez. ff. pro soc.
l. y. §. i. hoc intellige cū mercatio
est licita: als secus. de donatio.
inter virū & vxorē. c. per vestras
per quam decre. Hostiē. in sum.
huius titu. §. an aliquo casu. y.
quid si periculum. vult defende-
re qz si etiam dānum insolidum
suscipiat in se recipiens pecuniā
talis societas est licita. insti. pro
socio. §. de illa. et seq. et qz valet
pactū in alijs cōtractibus: vt dā-
num spectet ad suscipientem in
cōmodo & similibz: vnde dicit
quidam: qz talis societas pcedit
ex vi pacti: qz ptract⁹ ex puentio-
ne legē accipiunt: vt in regn. iij.
cōtractibz li. vi. Azō. & Accur. re-
nent cōtrariū in. l. si non fuerint
ff. eo. qz nō ē vera talis societas
cum sit cōtra ius nature. Socie-
tas em̄ est quedam fraternitas:

vt. l. verum. ff. pro soc. primo rñ.
quia sequitur qz tale pactum nō
sit pter naturam. sed cōtra na-
turam cōtractus vnde nō valet
ff. de preca. l. cum precario. extra
de preca. c. vlt. Unde finaliter di-
cit Host. qz si pecunia periret ca-
su fortuito: in foro pscientie cōsu-
lendū est ei. qui dedit qz remit-
tat. Verū bene pōt cōtrahi so-
cietas qz ad vnū pertineant due
partes lucri: & ad alium tertia: si
is qui plus dz habere: plus p-
tulit societati vel pecunie vel ope-
re: vt dicta. l. si non fuerint. et in
dicto. §. de illa als sec⁹ rōne pre-
dicta. Quod aut dz isti. pro soci.
§. adeo. qz pōt conueniri qz quis
lucris partem ferat: & de dāno nō
teneatur. Non est intelligendū
de capitali: sed de dāno in lucro
mercimonij: quia proprie lucrū
est omni dāno deducto: & dānus
omni lucro deducto. et ideo pōt
coiri societas vt eius lucris quod
reliquum in societate sit: euz dā-
no deducto: altera pars qz super
est feratur: scz ab vtraqz parte. &
eius dāni quod similiter relinq-
tur: pars capiat: scz ab vtraqz
parte. ff. pro socio. l. quintus mu-
tius. Et ideo si solū de dāno fuit
expressus: qz esset commune: hoc
intelligit repetitū & in lucro. & c.
contra insti. pro socio. §. illud. vt
igitur sit ha societas: dicit Host.
qz dāna & lucra debēt esse cōia p
decretalē: per vestras Nec pba-
tur cōtrarium. ¶ Pone qz pactū
est inter duos qz vn⁹ ponat mil-
le: & alter operam: & de his mille

Questiones.

partum restat casui forfito: vñ operarius non vult ponere operam vel rem suam: que magna est cur re socij que parua est: qđ iuris. Rñ. bald. d. l. j. C. pro socio. qđ talis sonet equitatez: vt. ff. de admi. tu. l. ita autem. in prin.

¶ Pone duo sunt socij omnium bonorum: puta filius legitimus & filius spurius. modo pater instituit heredē filium legitimum queritur vtrū aliqd acqrať spurio. Rñ. Bal. vbi. §. qđ sic: non ratione delicti: sed societatis text. est no. ff. de li. lega. l. si is qđ duos Et ista est cautela: quādo pater vult aliqd de suis bonis ad spurium peruenisse: qđ faciat eos inuicem sociari. ¶ Plures sunt socij omnium bonorum: vnus istorū ex vsuraria prauitate qđsiuit multa & cōseant sociō seu fratri: nunquid episcop⁹ cōpellere poterit istum fratrem eundē sociū ad restitutionē vsuraz: dic qđ sic vt ff. eodez. l. quod enim hic Bald. ¶ Ego & tu parimus societate duraturam quinquēnio hoc pacto: qđ ego ponam mille & tu operā: vel qđ ego ponā merces valētes mille & tu operā. deinde casu forfito an quinquēniū: perierunt nūquid ego cogar iterato ponere? Glo. in. d. l. j. C. eo. tit. dicit qđ nō: qđ est finita societas. Item qđ videtur actum solum deponendo semel nō pluries: vt. ff. eo. l. socius pro filia. §. nec si possessor. ¶ Nūquid ille qđ dicit ponere operam puta nauigādo vel circūcirca negociando debeat ponere istam

operā suis sumptibus expē. an hō expēsis societatis? Et videt qđ sic sicut dicimus in colono. f. qđ semē & oia tenet ponere d̄ suo vt de decimis. c. tna. Et tamē colonus partiari⁹ socius est: vt. ff. loca. l. si merces. §. vis maior. l. in ter. sit ibi dictio quasi vñ non est omnino socius? Rñ. Bald. dicit qđ quādo pficiscitur causa societatis debet habere expensas de corpore societatis. Qđ intelligas exceptis his qđ fecisset domini. ar. ff. de pest. here. l. sed & si lego. §. qđ aut. Itē qđ nō dicit lucrum nisi deductis expēsis: vt. J. de col. l. illud. & ff. pro soc. l. mutus. & ita tenet Jac. de are. & cy. Bal.

Questiones.

¶ Nota casum sui qđ non est alibi d̄ iure canonico: qđ ex pecunia deposita apud mercatorē: licite potest capi pars honesti lucri. & si qđ pecunia cū misterio alteri⁹ potest prouenire honestū lucrum. Et facit optime hec litera in ar. vt solitus mercari: ex pecunia possit agere p̄ra debitorē mortuum: vt soluat loco interesse id quod verisimiliter fuisset lucratus ex pecunia tradita: de quo vide qđ latius dixi in. c. conquestus. j. de vsur. & aliqd in. c. nauigati. ¶ Sed quero qualiter fiet ista depositio apud mercatores Joā. an. dicit qđ mercator prestabit cautionem de pecunia integraliter restituenda. ar. l. j. ff. soluto matrimo. & de pte lucri red

denda: ita q̄ compensato lucro
 cum dāno: de eo quod super est
 ex lucro saluatur certa pars pro
 oneribus matrimonij sustētan-
 dis. ad hoc insti. p̄ soc. §. aristot.
 ff. eo. Et ad istud dictū de cautio-
 ne p̄standa a mercatore adduco
 l. ij. ff. solu. matri. No. singulari-
 ter hoc dicitur: quia nescio alibi:
 Nam ex hoc infertur vnum mi-
 rabile: vt pecunia possit deponi
 apud mercatorem cum hoc vt ca-
 pirale semper sit saluum a quo
 de lucro soluatur certa pars. Et
 vide hanc questionē plenius ta-
 cram per Hostiē. in sum. in. titu.
 de vsu. in. §. an aliqd. Ubi tenuit
 expresse valere pactum: vt depo-
 nens pecuniā non sentiat dānū
 in capitali. **Wonenr:** quia hoc
 pactum non est cōtra: sed preter
 naturā p̄tractus. Pactum autē
 factū preter naturā p̄tractus va-
 let. l. ij. ff. depo. et. in. c. vntico. §. de
 cōmo. Dicit ih̄ postea q̄ si capi-
 tale esset deperditū casu fortui-
 to. deberet deponens remittere
 in foro anime. Sed ego non cre-
 do q̄ talis sit honesta et licita so-
 cietas. quoniā posset cōtingere
 q̄ ponēs operam sentiret dānū
 in operis amissis: et i capitali pe-
 cunie: quod est p̄tra naturam so-
 cietatis: cum societas sit quedā
 fraternitas. l. veruz. ff. p̄ soc. Hec
 autē societas esset leonina. d. l. si
 nō tnerint p̄real. Et pro hoc al-
 le. bo. gl. in. c. pleriq̄. xiiij. q. ij. q̄
 dicit: ad hoc vt societas sit hone-
 sta et licita interponētē pecuniā
 et ponentē operā: oportet q̄ po-

nens pecuniā sentiat de lucro
 et de dāno. Et hāc sententiam te-
 nuerūt Accur. et Bzo. in. d. l. si nō
 fuerūt. et hanc in iudicio. meo vt
 dicitur sentire cal. in repe. c. nauis-
 ganri. de vsu. Non ob dictum
 Hostien. quia in alijs p̄tractibus
 est nō p̄tra: sed preter naturā cō-
 tractus: sed p̄ctus societatis cum
 habeat instar cuiusdā fraterni-
 tatis. d. l. verū est p̄prie cōtra na-
 turā p̄tractus: vt vnus solus sen-
 tiat dānū. Nec etiā ob. §. de illa.
 q̄ nō d̄z intelligi s̄z eū in capita-
 li: sed d̄z intelligi in alijs lucris et
 dānis. vt in illis habeat pactum
 vt sentiat de lucro: sed nō de dā-
 no. **Ware** alium intellectus ad
 illum tex. vt loquat̄ in recipiēre
 pecuniā et ponētē operā tm̄ vt
 ex pacto possit dānū nō senti-
 re pecunie: scilz satis est si sentit
 dānū operarū amissarum. nam
 sicut in lucro pecunia et opera
 equiparant̄. ita et in dāno sentiē-
 do. Sed ex parte pecuniā dāns
 non pōt hoc pactus interuenire
 quia p̄prie est p̄tra ipsam socie-
 tatē: q̄ recipiens pecuniā posset
 sentire duplex dānū: videlicet
 operarum amissarum et pecunie
 recepte: et alius nullum dānū
 sentiret cum haberet suam pecu-
 niā integā. Et scias q̄ hec opi-
 nio est tūtor: ideo est amplecten-
 da. Nam ipse sentit dānū in ope-
 ris. Nam tm̄ affert opera illius
 quātum pecunia alterius quin-
 immo: vt ipse dicit tex. opa et in-
 dustria pōt esse tanta: vt valeat
 pactus: vt ipse lucres duas p̄es

et in tertiã habeat ponens pecuniam. In dubio autem cum duo cõtrahunt societate et vnus ponit pecuniam et alter operam videtur actum: vt lucrum equaliter diuidat inter eos: de hoc est glo. no. quã omnes tenet in. l. j. C. pro socio. Nec illa littera cõtradicit predictis: cũ nihil dicat: vt capitale debeat esse saluum. Nec est spãle in pecunia totaliter: vt quidam somnauerũt: qz etiã pro redimendis capitibus nõ licet fenerrari: vt in. c. super eo. j. d. vsu. qñ imo rex. iste apte dixit: vt cepiat tur pars de honesto lucro.

¶ Nec etiam credas qd sit licitũ a principio pacisci: vt habeat de ponens. x. p centenario vel alia quantitate: sicut faciũt quedã vidne credentes hoc ei licere et solent aliqui ad earum defensionem allegare istum textum. cuz illa opt. Jo. an. Certe hoc nõ est licitum: quia non licet ex pacto quãtũcũq; minimum capere ex pecunia si nõ subijcit se periculo xiiij. q. iij. per tornz. Et hoc nota bis hec omnia Abbas sicen. in. c. per vestras. de do. inter vi. et vro. cum quibusdam additis ex. c. naniganti. vbi in. j. qñ. dicit quoad istud dictũ. Jo. an. de quo. s. ego semp dubitavi de illo dicto. Nam nõ pbatur iure: imo in cõtrarium facit rex. in. c. sup. eo. de vsu. Nam si cõtractus in se esset vsurarius et illicitus. talis tractus nõ posset recipere aliquã cõpensationẽ ppter bonũ qd inde sequitur maxime ppter bonum charita-

tis et corpale: vt in dicto. c. super eo. et no. Joã. an. in regula pctm. de. reg. iur. li. vi. Abb. vbi. s. Ad de hoc tenere Bal. in. l. j. C. pro socio. vbi dicit qd illud qd legitur et no. in dicto. c. p vestras. dicitur ligi quãdo pecunia datur ad partem lucrum et danum: qz tũc tractus est illicitus. vide etiã. d. Ang. de pig. in suo tracta. socie. in. q. Undecimo quero. qui idem tenet qd s. et vide Bar. de salt. in. l. j. C. pro socio. cuius verba subijcio maxime in ant. ad hec. C. d. vsu. vbi ita distinguit. Quicq; societas cõtrahitur vt vnus totũ lucrum habeat: et alter totũ danum ferat: et hec societas. vt leonina non valet: vt ff. eo. l. si non fuerint. s. aristo. Interdum vt quilibet partem lucrum et partem damni ferat et valet interdum vt alter partem lucrum ferat et damni: et iste est casus noster qui debet distingui. Aut hoc pactum est appositum ab eo qui tantum operam posuit vbi alter pecuniam posuit: et illud pactum valet et tenet: vt in. l. s. allega. et ratio est: qz sufficit qd i casu pditionis capitalis totius vel partis ipse perdidit operas suas. Uerũtamen iste si contingeret qd de vna re mercimoniali lucraretur et de alia perderet lucrum illius rei cũ damno alterius rei debet compensari. Et si quid lucrum super est illius partem ex pacto feret Non autem potes dicere qd propter pctm quo canetur: vt danum non sentiat: compensationẽ illam velit amittere: et de hoc est text.

no. in. d. §. l. isti. p. socio. versicu. quando tamen ita intelligi opz. Interdū is qui dat vel ponit pecuniā paciscitur: vt lucri partē ferat et dānum nō sentiat: et tunc qz alter totuz dānū et ope et capitalis esset passurus: societas ista participat cū leonina: nō non valet: sed pecunia trāsit in mutuz vt dicit Jo. et ideo qz capitale est ei saluū q̄quid p̄cipit vsura est: qz sorti accedit et p̄pter ei^o vsum Ideo p̄tractus est cēsendus vsurarius. et hoc notabile voluit p̄re allegata. gl. xiiij. q. iij. pleriqz. Interdū quis eoz paciscitur de p̄re lucri: et de dāno nullā faciunt cōventionem. vel ecōuerso: et tunc tex. est sing. insti. in eo. tit. §. illud expeditum. quod pactum factuz super vno intelligitur factū sup̄ omisso. Credo te p̄dicta als melius nō itellexisse: ideo ea no. qz tex. illi sunt sufficientes ad faciēdum missare vnūquēqz valentē inrisperitum. Bar. de sal. in dicta aut ad hec. C. de vsu.

¶ Quero in casu hui^o. l. quales partes vnusquisqz ferat. Et dicit glo. qz equales nisi aliis fuerit cōuentū: vt. ff. eo. l. si nō suarar: sed latius dic. Qñqz inter eos est cōuentum de vtroqz: scz de quora lucri et de quota dāni et illud serua. Qñqz est cōuentuz de lucro im̄: ita qz de altero nihil dictum: tūc cōuenio facta in vno intelligitur facta in alio. Et ideo si cōuentū est: vt qui operā posuit habeat dimidiā lucri: intelligit cōuenisse vt habeat sen refarciardi

midiam dāni. et econuerso. est tex. no. insti. eo. §. illud expeditū Qñqz partes cōueniūt: vt lucruz dimidat equaliter: et nullū dānum patiatur alter: et tunc aut is qui operam posuit est is qui dānum pati non dz: et tunc valet societas et p̄uentio: vt isti. eo. versu. nam ita: et. ff. eo. si non fuerint. §. ita coi. aut is q̄ ex pacto dānum habere non debet est ille q̄ pecuniā ponit: et ille casus nō reperit expeditus in iure: sed gl. hoc dictū tāgit. xiiij. q. iij. c. qz pleriqz. et Ja. in. c. nauigāti. extra de vsu. et vterqz eoz dicit qz pactuz hic est p̄ naturā societatis q̄ hz vim fraternitatis. l. verum. in p̄nc. ff. eo. et qz capitale vult sibi saluz esse in casu dāni securi: et tantūdeuz sibi reddi contractus ille potius hz vim mutui et pactū lucri participandi et non dāni: facit cōtractum vsurariū cēseri. vnde posset compelli q̄ operam posuit ad lucrum cōicādum: inmo totumqz soluisset debitum extenuaret: vt pleni^o de hoc dixi. §. de vsur. aut. ad hoc in. iij. q. et sic. fm eos pactum hoc vitiat societates quod nota. Et si dicas vt idem non est econuerso. Rñ. quia suffecisse videtur qz dānum sen p̄ditū operam suaruz patitur. vbi nihil lucri percipit. Qñqz de aliqua pte dāni vel lucri non cōueniunt: sed simplr vnus ponit pecuniā et alter operā: et nihil de lucro vel dāno p̄cipiēdo dixerūt: tūc locū habent. q. huius gl. et p̄cedit quātū ad illam eius p̄nam rñ. q̄ est qz

partes taz in lucro q̄ in damno
erunt equales: vt. d. l. si. nō fue-
rint. 2 hoc q̄ vnus ponit pecu-
niam 2 alter operam. Sinantez
vterq; pecuniam 2 operam. j. dicas
in. vi. q. ¶ Secdo quero an in di-
cto casu quo nihil est dictum ca-
pitale veniat in diuisione. Et tñ.
glo. si de hoc est aliqd̄ dictum: il-
lud est seruandum. si nihil est di-
ctum inspiciēda est cōsuetudo: 2
si de eorū aliquo nō apparet: tūc
de iure cōi est diuidendum: qz in
cōione videt deductū. l. ij. 2. iij. ff.
eo. 2 hec sunt verba glo. Que in
tellige sane in eo qd̄ dicit si aliqd̄
est dictū: illud est seruādū. l. quā
tū ad diuisionē capitalis facien-
dā vel nō. Quantū aut̄ ad resar-
tionē si p̄dat: dic vt in prece. di-
xi. In alio aut̄ qd̄ dicit. gl. videlz
qz capitale est diuidendū: atten-
de q. l. ij. 2. iij. ff. e. quas glo. alle.
hoc nō probāt: qz i societate vni-
uersali oim bonorū loquuntur
ideo dictū. istud nō probāt: sed p
gl. facit qz opera v̄ pecunie coe-
quata: vt in sti. e. §. ij. 2 qz hic vt
tur verbo conferre: qd̄ idē est qd̄
cōicare: vt. j. de colla. l. illam. 2. l.
illud. Sed Ja. de are. tenet qz ca-
pitale nō diuidatur: sed sit salnū
ei qui pecuniam posuit. Naz si
ponātur pecora in societate ex
vna parte: 2 ex alia ars 2 pasto-
ris opera: solum commoda fru-
ctūz 2 obuentionū veniūt dimi-
dēdat peccora prioradñō sunt re-
seruāda. ff. e. l. cū duobus. §. si in
coeunda. ergo 2 idem vbi pecu-
nia est data. Et pro hoc ad idem

facit. l. cū duobus. als est. l. si fra-
tres. §. itē ex facto. q̄ illā sequit̄.
Sed q. gl. vellet tenere illis legi-
bus posset facile rēdere: qz in spe-
cieb⁹ loquunt̄: quaz dñium non
trāsit. p̄ aliqua pre in eū q̄ operā
ponit. Nos i pecunia q̄ trāsit in
eis dñium saltē per cōsumptio-
nem vel emptionē mercationū
Itē in illis legib⁹ si bene ponde-
rent pactūz fuerat expressum vt
solū lucrū esset cōe: ideo nō attin-
gunt casum qm̄ nihil fuit dictum
Ideo alijs p̄bationib⁹ est opus.
Et ego opt. Jaco. predicti p̄bo.
Primo qz si aliter dicat sequenr
vnum notabile absurdū: verbi
gratia. pone qz vnus ponat in so-
cietate. x. milia alter operam per
tres ānos: nihil alio dicto socie-
tas est finita ex tempore 2 de lu-
cro vltra capitale sunt. iij. millia
si capitale 2 lucrū simul 2 equa-
liter debēt dimidi. Is qui operaz
posuit: habebit. viij. milia. 2 is q̄
x. milia posuit habebit alia: septē
milia 2 sic reperiretur ipse perdi-
diſse. iij. milia. et alter. viij. milia.
lucratus esset. Et sic vltra totūz
lucrum factum de perdito istius
reperiretur alter sibi lucrum face-
re in trib⁹ milibus: quādo est pe-
ins q̄ societates leonina que a iu-
re est reprobata. ff. eo. l. si nō fue-
rint. §. aristo. pro hac parte vide-
tur casus. ff. eo. coiri cum seq. vbi
in dubio de solo questu et lucro
societas b̄ p̄cta. Capitale ergo
non venit in diuisionem: qz nec
in cōmunionē. Et si dicas non
ne species ex capitali empte sūt

Comunes. Respondeo forte q̄ nō: q̄ ad hūc finē pecunia nō est illi data: nec societas seruans bonā fidē ad hūc finē emit: sed vt lucrum t̄m̄ esset cōe: et ad hūc finē d̄: habere quasi mādaturū a socio ad emendū. Vel supposito q̄ cōmunes essent nō pro dimidia: sed pro rata lucri. vel si pro dimidia: vel qualibet portione tamē tuz onere deducendi capitale. et sic nō ob. in cōtrariū allegata: et ita teneo. Restat soluz responde re ad. §. ij. instit. eo. sed dic vt in seq. q. ad finem.

Questio.

Quero nunc tertio: iuxta idēz thema quando nihil est dictuz. Quid si capitale est diminutum vel deperditum aduersa fortuna: an ille qui tenetur ad operā: teneatur aliquid cōferre: vel refarcire. Respondet glo. q̄ nō. imo si totum perit societas est finita. l. verum. §. i. ff. eo. l. si non fuerint. §. i. Sed si societas esset finita: tamē nō sequitur: ergo qui operam posuit nō tenetur ei aliquid refarcire v̄z reficere. S̄z pu to q̄ glo. fuerit mota ex sua opt. erronea quam tenuit in precedēti. q̄. vbi tenuit q̄ capitale h̄ ab vno positum esset v̄triusq̄ commune et inter eos diuidendum. Quo supposito sequitur necessarium q̄ nihil refici debet: imo q̄ superest inter eos diuidendum. est. Sed Ja. de arc. dicit q̄ damnatum est cōmune: et sic ei p̄ dimidia reficienduz: et induxit. ff. eo.

l. c̄i duobus. §. quidam sagariā: et l. si id quod d̄. §. idē celsus. Petrus distinguat: aut pecunia est p̄ dita ante prestationē operarum: et tunc periculum et damnuz est cōmune: vt. ll. p̄ Jac. inductis: aut post operas prestatas: et tūc glo. vera. quia sufficit operanti damnū operaruz. et hanc sequitur C. vt moris est sui sequi Petrus. vbiq̄ nihil adiciēs: licet vtiliter trāscribens. Sed attende: q̄ leges per Jaco. alleg. nō loquuntur in casu nostro: sed quando v̄terq̄ pecuniā i societate ponit vel ponere debet. et in. §. quidāz sagariā. Hoc colligo ex eo: quia is qui operam prestabat: et ad sagariā emendā attendebat. vi latronum suam pecuniāz perdidit: vnde ex illo verbo satis datur intelligi q̄ socius etiam suā posuerat vt ponere debebat cū perditā non est. Item si is q̄ operam ponebat: pecuniam etiam ponebat: verisimile est q̄ socius pecuniam ponere debuisset. Si militē idēz colligo in. §. itēz celsus. in princip. ex illo verbo pitralis numeri: dum dicit. si pecuniam cōtullemus. Preterea illi ier. pro eorum diuisione non notant operam prestatā esse vel non: cum nec hoc sciri potuisset perfecte nisi finita societate: sed solum an perit ante collationē vel non. vt patet in di. §. item celsus. Et si perit post collatam perit v̄triusq̄. Et dicitur post collatam perisse statim cū a socio est tradita: vel quasi: adeo q̄ si suāz

ponat ad inuestigandam pro societate habeatur pro collata: vt patet in. v. §. quidam sagaria. vbi solum erat inchoata prestatio operatur: et tñ socius vt tenetur propter lucrū speratur. Et sic patet qd distinctio Petri non est bona. Quid ergo dicendū. Rñ. qd solutio huius questionis pēdet a solutione precedentis. q. ideo si in precedenti solutionē glo. teneres oporteret etiam tenere in ista solutionē huius glo. et hoc per rationem quaz. §. feci. Sed qz illā nō teni propter incōueniētias que sequerētur: propter. l. coiri ideo nec illā sequor: sed opt. Ja. de are. et non tā per eius. ii. vt dixi: qd per rationē positaz in. d. §. quidam sagariam. in. fi. qz ex pecunia collata. i. tradita ei qui pecuniā prestabat. ipse lucra sperabat: ergo periculum ad eum prorata lucri spectare dz. l. manifestissim. §. cum in secunda. j. de fur. et l. scdm naturam. ff. de reg. iur. ex quo de hoc sibi non prouidit: vt in. f. q. dixi. ¶ Nec obstat si dicas fm opi. quaz tenuisti in prece. de capitali: nihil debet habere is qd operaz ponit ergo nec de eo perdere. d. l. scdm naturam. qz Rñ. qd sufficit qd propter capitale et ipso mediante lucrum potuit sperare: vt. d. §. quidam sagariam. Et hec est veritas. ¶ Et ex his habes clarum intellectū ad tex. insti. eo. §. ij. versic. qz spem dicit: qz non debet intelligi respectu sortis: sed cōmodi et interusurarij medij tps. Et sic p-

cium ope est cōmodū et interusurariū ipsi pecunie. nō aut foris ipa qd tene mēti. Et hoc sequitur qd consuetudo qd gl. dicit eē i Bonon. nō tā est consuetudo qd ius cōe.

¶ Questiones.

¶ Si pascēda pecora etc. Pactus appositum inter dominum et pastorem super et fetibus pecorum diuidendis est seruandum. hoc dicit. ¶ Quero quis cōtractus est iste quando pecora traduntur pascenda cum pacto de fetibus diuidendis dicit glo. est societas: si fuerint pacti eo animo vt sint socij. alias est contractus innominatus tamen glos. non determinat. quid in dubio si non constat de animo: et videt in dubio presumatur societas. ff. pro socio. l. cum dubius. §. in coeunda. In cōtrariū videtur qd presumatur cōtractus innominatus: vt vbi cūq; dubitatur de nomine tractus: ibi psumitur pctus innominatus: vt. ff. de po. l. j. §. si quis serum: breuiter dicit pe. aut pecora sūt comunicata et presumitur societas: aut remanserūt in domino tradētis: et presumitur innominatus. Dicit aliquis cum fetus sint communes: ergo ista societas est quedam societas: vt no. in. l. si id quod. ff. pro so. Rñ. saluādo Pet. ex quo principale est contractus innominatus. quicqd et incidit dicitur esse eiusdem speciei. et sic est secundarius. Et sic non obstat. ¶ Querit hic Pet. Ponamus qd bos estimatus est datus rustico in sociā casu tota

in isto perit bos: cuius est periculum? Dicit ipse q̄ est commune periculum: unde rusticus tenet emendare domino medietatem estimationis: vt. ff. pro socio. l. cū duobus. §. damna fatalia. Si aut non sit estimatus totum periculum est domini. hec vera nisi pastor fuisset in culpa: q̄ tunc totum periculum est pastoris fm̄ r̄pet. Cōclude ergo tres casus: q̄ interdum totum periculum est pastoris ratione culpe: interdū totum est domini ratione retēti domini rei inestimata q̄ perit casu fortuito: interdū est cōe periculum ratione estimatiōis. ¶ Sed opposi. Ista estimatio facit emptionē: ergo totū periculū est pastoris: vt. l. necessario. ff. de peri. r̄ con. rei. v̄. Rñ. dico q̄ illa estimatio non facit emptionem: qd̄ ex eo apparet: q̄ fructus bonis debent esse cōes. Nā si esset emptio essent solus emptoris. Vñ habes q̄ estimatio in contractu cuius tota utilitas nō p̄inet ad recipientē: nō facit emptionē p̄prie: r̄ iste est casus notabilis in d. §. dāna fatalia. Bal. hec oīa in d. l. si pascēda pecora. C. d̄ paci.

¶ Questio.

¶ Quero. Medi pecudes estimatas in societas per quinquennū pacto vt in fine quinquennū pecudes r̄ leuis earū inter nos diuidantur: conringit q̄ pecudes interim pereunt omnes: vel alique: an rusticus teneatur mihi partem estimationis earū restituere. Distingue. Aut pereat na-

turaliter: r̄ tūc ad nihilum tenentur: quia eodem modo perire fuissent penes me: nec estimatio facta prodest mihi. q̄ in contractibus non ordinatis ad translatiōem dominij: estimatio nō facit emptionē censeri: vt. ff. eod. l. cum duobus. §. damna. r̄. ff. locati. l. iij. r̄ p̄batur per regulā traditam. ff. de contrahenda empr. cū manufacta. §. nemo. Aut perierit casu fortuito: et tunc aut si ne culpa rustici: r̄ tunc periculū est commune: ideo dimidietatē estimatiōis tenetur mihi restituere: vt dic. §. dāna. Aut culpa rustici: r̄ tunc aut tempus societatis diuidēde venerat quādo perierunt: r̄ tunc nō ad totam estimationem: sed ad dimidiā eius tantū mihi tenetur: quia in pluri damnum mihi non intulit. Aut illo tpe nondū venerat tēpus societatis diuidēde: r̄ tūc inquit Bal. q̄ ad totā estimationem tenetur: q̄ lz tradite fuerint estimata: tamē interim mee sunt. et ideo dānum mihi sua culpa illatum restatire tenetur: r̄ q̄ damni estimatio iam est facta: ideo ad illaz tenetur. ¶ Sed hic attēde: q̄ puto q̄ multi errēt in iustitia r̄ equitate: ac etiā in recta cōscientia: in istis estimationibus animalium que per cursus t̄pis minoris estimatiōis efficiunt. Nā non prior estimatio: sed illa cuius estimatiōis tunc erant cū perierunt inspiciēda est: q̄ in tantum dānum inferunt: r̄ nō in plus quod probō. Nāz si salue essent

estimatio pretis facta non attendere sed corpora talia qualia estimata tunc essent: cum societas finita esset et communia forent. Igitur huius rei consideratio debet haberi. In rebus autem que cursu temporis deteriores non efficiuntur: consideranda esset estimatio iam facta. Et ita iam practicaui in mei persona. Bar. de saliceto in. l. j. in ult. quest. referendo. Bald. C. pro soci. ¶ Bñdicitus. xi. in cōsi. inter cunctas §. porro &c. Porro ut circa sepulturam apud loca eorundem fratrum eligentium sepeliri: & portionem canonicam de relictis eiusdem fratribus minime detrahendam nequeat in posterum dubitari: inbemus ut corpora defunctorum qui apud eorundem fratrum loca elegerint dominus vinerent sepulturam processionaliter cum cruce thuribulo: & aqua benedicta cantando: seu legendo officium mortuorum vel psalmos & alias ingrediētes parochias: positas sumere: et ad suas deferre ecclesia tumultuata. De quibuscumque vero relictis prefatis fratribus in communi vel singulis ultimis decedentium voluntatibus: siue apud eos sepeliendi sint siue alibi: nulla per parochiales sacerdotes morientibus: a qua fratres ipsos liberos esse volumus: canonice portio: vel multominus per episcopos epistolis quarta oino cum eis tanquam ex propriis non subsint: nec etiam debita in re parochie si forsitan cathedralis defunctorum eēt

parochialis ecclesia: detrahatur. De funeralibus autem medietatem si commode divisionem recipiant alii eiusdem medietatis estimationem solvant parochiali ecclesie & sacerdotibus antedictis. ¶ Funeralia vero intelliguntur hoc casu quod cum funere deferunt De candelis vero quas fratres portant: portio non petatur. ¶ Doneant autem quidem fratres et pro posse inducant contentes sibi ut de propriis bonis suis parochialibus ecclesiis eorumque sacerdotibus cooperenter relinquat et que eis dunt parochialia iura reddantur. ¶ Circa tertium articulum diligenter, intelligant quod ipsi fratres sunt pauperes: nihil habentes singuli: nec in communi rustica predia: immo nec urbana: vel mobilia eorum alteri: vel etiam vniuersi medicant victus: querunt vestitum: & eatenus sustinere possunt quatenus vel vinorum pietas: aut morientium charitas eis necessaria subministrat. Quis ergo non misereatur eorum: quod omnia voluntatem habendi etiam relinquerunt. Quis non compatatur eisdem operantibus tam viriliter in agro predicto: certe nullus nisi qui trituranis bonis os impie alligare velit: aut eos subtractis alimentis necare. Pauperes autem ut dictus est sunt fratres: & quod eis relinquitur: ut: aut in sua alimenta erogant: aut in fabrica sine in cultus diuinum et ecclesie ornamenta conuertunt. ¶ C. de pac. conuentus Impera. Theod. & Valenti. a. a.



Ac lege dicernim⁹
 vt vir in his rebus
 q̄s extra dotē mu-
 lier h̄z: q̄s greci pa-
 rasena dicūt: nul-
 lā vxore prohibēte
 habeat cōionē: nec aliquā ei mu-
 lier iponat necessitatē: q̄ntis em̄
 bonū erat mulierē q̄ seipsaz ma-
 rito cōmiserit: res etiā eiusdē pa-
 ri imperio gubernari: attamen
 quoniā cōditores legum equita-
 tis ouenit eē saniores: nullo mo-
 do. vt dictum est muliere prohi-
 bente: viros in parafrenis se vo-
 lum⁹ immiscere. ¶ C. C. de furt. 2
 lib. expē. l. 1. hoc fructū noīe cō-
 tinec: q̄b̄ iustis sumptib⁹ dedu-
 ctis superest. ¶ C. C. de rei vend. l.
 certum. Certū est mala fide pos-
 sessorēs oēs fructus debere cuz
 ipsa re p̄stare: bona fide vero ex-
 tantes post litis contestationez
 vnineros. ¶ Lex manifestissi-
 mi. §. in sc̄dam. C. de furtis. Vbi
 enim periculum est: ibi 2 Ineruz
 collocetur. ¶ C. L. cum opz. in p̄n.
 C. de bonis q̄ liberis 2c. Si quis
 itaq; filiusfamilias vel p̄fis sui:
 vel ani: vel proani in p̄tate sit cō-
 stitutus: aliqd̄ sibi acq̄sierit non
 ex eius substātia: cuius in p̄tate
 sit: sed ab alijs quibuscunq; cau-
 sis q̄ ex liberalitate fortune: vel
 laboribus suis ad eū perueniāt
 eas suis parentibus non in ple-
 num sicut antea erat sancitū. s; 2
 vsq; ad vsufructū solū acquirāt.
 Et eoz vsufructus quidē apud
 p̄fem vel anū vel panū quoz in
 sacris sit constitutus p̄manes:

dñinz aut̄ filijfamilias inhereat
 ad exemplum tam maternaruz
 quā ex nuptialibus causis filij
 fa. acq̄sitarum rerum. Sic et
 enim parenti nihil derogabitur
 vsufructum rerum possidenti: 2
 filij non Ingebunt que ex suis la-
 borib⁹ suis possessa sūt ad alios
 transferenda aspiciētes: vel ad
 extraneos: vel ad fratres suos:
 q̄b̄ etiā grauius multis eē vide-
 tur exceptis castrensibus pecu-
 lijs quozum nec vsufructum pa-
 trem vel anū: vt proanū habere
 veteres leges concedunt eadez
 obseruando in his peculij que
 quasi castrenia ad instar castre-
 sis peculij accesserūt. ¶ C. L. cū nō
 solum §. filijs. in eodem titulo.
 ¶ Filijs autem familias in his
 dūtaxat casibus in quibus vsu-
 fructus apud parentes constitu-
